





C. N. Schürtz. Sc.

GAZOPHYLACIUM LATINITATIS,

Sive

LEXICON NOVUM LATINO-GERMANICUM,

In quo Voces, à Latinis Scriptoribus, iisque tàm Veteribus, quàm Recentioribus usurpatæ, additâ Syllabarum quantitate item, Significationes, Constructiones, Elegantiæ, Formulæ, Proverbia, &c. appositis ferè ubique Authorum testimoniis, fidelissimè exhibentur,

Studio & Operâ

GEORGII MATTHIÆ KÖNIG,

In alma Norimbergensium Universitate, Altdorffinâ dictâ, Poëseus & Græcæ Linguæ Professoris Publici, nec non Bibliothecarii,

Constructum, & in usum Eruditæ Juventutis editum,

unà cum

Indice Germanico locupletissimo.

Cum Privileg. Sac. Cæs. Majest. Speciali.



NORIMBERGÆ,


Sumtibus JOHANNIS ANDREÆ ENDTERI, & WOLFGANGI JUNIORIS Hæredum.

Anno Salutis, per CHRISTUM parta,

M. DC. LXIIX.




PRO BIBLIOTHECA MONASTERII PLASSENSIS ORD: CISTERCIENSIS COMPARAVIT



SERENISSIMO, *AC POTENTISSIMO* PRINCIPI *AC DOMINO,*

DN. CAROLO LUDOVICO,

COMITI PALATINO RHENI, S. ROMANI IMPERII ARCHITHESAURARIO, AC PRINCIPI ELECTORI, DUCI BAVARIÆ, &c.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.



Iteras ac Scientias Humano generi divinitùs concessas esse, tantoq; deposito mortales non absque speciali Sum̃i Numinis favore & gratiâ frui, veneranda Antiquitas agnoscit atque fatetur. PLATO certè, Artes & Scientias non fortuitò nasci, sed DEI benignitate & ductu in medium proferri, in EPINOMIDE professus est. Platoni HIPPOCRATES, PINDARUS, OPPIANUS, aliique subscri-

ſubſcribunt, eosque deinceps reliqui magno numero ſequuntur.

Nec ſanè Literæ aliam, quàm Divinam originem agnoſcunt, vel agnoſcere poſſunt.

Nempè DEUS, ſummus omnium rerum Conditor atq; Conſervator, qui omnia ſapientiſſimè ordinat & gubernat, pro ingenti ſuo amore, quô genus Humanum proſequitur, quando Bonitatis ſuæ theſauros effundere cupit, Viros doctos atque ſapientes excitat, qui Literas, Artes & Scientias aut de novo producunt, aut per deſvetudinem quaſi ſepultas & extinctas denuò in Orbem revocant. In quarum diſpenſatione quidem diverſimodè agere ſolet. Nam modò huic, modò alii nationi ſeſe faventem & propitium exhibet. Interdum Ebræis, quandoque Græcis, nonnunquam Latinis dona ſua gratioſè elargitur.

MODUM etiam pro lubitu variat. Aliquando enim ſenſim & per moras Literas & Artes emergere facit: interdum pleno flore eas oſtentat:

mox

mox per vices eas occultat aut obſcurat: quandoque fugientes revocat: eſt, ubi eas tandem prorſus interire & extingui permittit. Hujus rei ſatis manifeſtum teſtimonium Græcæ & Latinæ Literæ dare poſſunt.

GRÆCÆ LITERÆ primùm exigua initia habuêre: verùm paulatim vires acquirere cœperunt, donec tandem ſub Alexandro Magno admodùm effloruerunt. Poſt Alexandrum, ſub Ptolemæis, Ægypti Regibus, in ſummo vigore fuêre. Iis extinctis, ſplendor quoque earum plurimùm imminutus eſt. Tantùm per vices pauci exorti, qui Græcam Literaturam utcunque ſuſtentaverunt.

Ubi Imperium ad Conſtantinopolitanos Imperatores devolutum eſt, eæ iterum efflореſcere & caput attollere viſæ ſunt, donec tandem, Imperio Græcorum exſpirante, earum ſplendor ſimul ceſſavit.

LATINÆ LITERÆ itidem obſcura initia habuêre. Per aliquot ſecula ante natum CHRISTUM à paucis

paucis cultæ & dignè tractatæ ſunt , usque ad Marcum Ciceronem, qui primus eas perfecit, iisque nomen & famam conciliavit.

Mox ſub Auguſto longè lateque ſeſe diffundere cœpêre. Duravit hæc excellentia per ſeculum & quod excedit: inde rurſus decreſcere & imminui.

Deinde quarto ſeculo à CHRISTO nato iterum vires eis accedere, ſub Conſtantino ſcilicet M. & Theodoſio: uti & ſeculo ſexto ſub Juſtiniano.

Sequentibus ſeculis, à ſeptimo usque ad decimum quartum, tenebræ penè iis incubuerunt, paucis tantùm Viris literatis exiſtentibus, qui Orbem Latinum ſustentavêre potiùs, quàm illuſtraverunt: ſine quibus tamen ſi fuiſſet, Literæ Latinæ funditùs periiſſent.

Decimo quinto & decimo ſexto ſeculo facies priſtina ipſis rediit, quarum refloreſcentiæ Typographia, cœleſti munere Hominibus indulta, non parùm obſtetricata eſt.

Ab eo tempore, quicquid erat Scientiarum & Ar-

& Artium Liberalium, è tenebris erutum & ad summum fastigium perductum est. Theologia in summô gradu consistit: in Jurisprudentia nihil est, quod desiderari possit: Medicina praeclaris inventis ovat atque exultat: in Philosophia omnia accuratissimè pertractata sunt: Philologia floret atque caput inter nubila condit.

Si VETERES redirent, haud dubiè mirarentur, tantum Latinis Literis accedere potuisse: quin spontè faterentur, multa hac ætate prodita esse ac inventa, quæ suo tempore latuerant.

Utinam verò hoc Omnes ad animum revocarent, & gratô pectore agnoscerent: inprimis verò DEO TER OPT. MAX. à quo omne Bonum perfectum descendit, nec non PRINCIPIBUS ac SUMMIS POTESTATIBUS, quibus res Literaria curæ cordique esse solet quàm maximè, debitas & condignas gratias agerent! Multum profectò, post DEUM, in Imperatoribus, Principibus, *aliis*que Magistratibus ad Literas propagandas ac promovendas situm est.

* Exem-

Exemplo ſunto Auguſtus, Antoninus, Conſtantinus, Theodoſius, Juſtinianus, Carolus Magnus, Alphonſus, Nicolaus V. Pontifex, Franciſcus I. Galliarum Rex, &c. qui ſingulari & incredibili amore Literas & Literatos proſecuti, ideóque immortale nomen conſecuti ſunt.

Horum veſtigia etiam SERENISSIMÆ TUÆ CELSITUDINIS Majores, SERENISSIME ac POTENTISSIME ELECTOR, laudabiliter preſſêrunt, dum non tantùm literas amaverunt vehementiſſimè, verùm etiam promoverunt ardentiſſimè. Teſtis eſt illa Celeberrima Univerſitas HEIDELBERGENSIS, quæ à Sereniſſimo RUPERTO SENIORE, immortalis memoriæ Principe, Annô CHRISTI M. CCC. XLVI. fundata & doctiſſimis Viris exornata eſt; ex qua poſteà, tanquam ex equo Trojano, Viri eruditiſſimi agminatim exivêre.

Vix ore proferri, vix calamô ſcribi poteſt, quantum utilitatis exinde in univerſam Germaniam redundaverit! Quot politiſſima Scripta,

quot

quot elegantissimi Libri ibi exarati, exasciati &c in lucem emissi sunt? Ex quo HEIDELBERGA coe-pit & floruit, nunquam Germanis Viri profun-dè docti in omni Facultate defuêre. Ex ea enim summi Theologi, prudentissimi Jurisconsulti, experientissimi Medici, acutissimi Philosophi, ingeniosissimi Philologi, elegantissimi Poëtæ, &c. prodierunt, quorum nomina si exprimere vellem, dies me deficeret & viaticô opus esset.

RUPERTUM, gloriosæ mem. TUA quoque SERENISSIMA CELSITUDO, CLEMENTISSIME CAROLE LUDOVICE, secuta est, dum non tantùm HEIDELBERGENSEM Universitatem, superioribus annis miserrimè habitam, maximis impensis de integro quasi restituit, verùm etiam, accitis undique doctissimis & celeberrimis Viris, ita condecoravit, ut nihil ampliùs ei ad ornatum & splendorem deesse possit.

Adhæc, ut res Literaria quotidiè magis ma-gisque crescat atque floreat, maxima TUÆ SERE-

NISS. CELSITUDINIS cura est atque studium. Nec res felici successu caruit. Quam felicitatem ut DEUS porrò SERENISS. TUÆ CELSITUDINI continuare & inconcussam conservare dignetur, ex animo precor atque voveo!

DUM verò mecum perpendo ac diligenter considero, quantum Literæ earumque Cultores TUÆ SERENISSIMÆ CELSITUDINI debeant, immane quantum in EIUS admirationem rapior, plurimosque devotum EIDEM animum hunc meum manifestandi stimulos intra me sentio. Equidem diu in optatis mihi erat, SERENISS. TUAM CELSITUDINEM cum munere adire Literario: verùm nihil hactenus occurrebat Serenissimis Oculis TUIS dignum. Omnia minora & indigna visa Tanti Principis conspectu.

Nunc, cùm singulari summi NUMINIS favore hoc qualecunque Opus sub manu mihi enatum fuerit, id SERENISSIMÆ TUÆ CELSITUDINI offerre atque consecrare volui.

Quanquam verò id tenue sit & exiguum, malui

hi tamen SERENISSIMÆ TUÆ CELSITUDINI id exhibere, quàm coram TANTO PRINCIPE, cui Literæ, Musæ, & Artes plurimum debent, nec unquam satis exsolvere possunt, prorsus vacuus & inanis comparere; maximè, cùm non ignorem, DEOS etiam tenuia & levia sacrificia, modò devoto animo offerantur, non respuere aut contemnere. Nec ullus dubito, quin SERENISSIMA TUA CELSITUDO Dedicationem hanc pro summâ & Serenissimæ huic Familiæ innatâ Clementiâ, quâ omnes & singulos, notos & ignotos, summos, medioximos, & infimos excipere solet, æquissimo Animo & placidissimâ Fronte sit acceptura.

Accipe igitur, SERENISSIME AC POTENTISSIME PRINCEPS ET DOMINE, levidense hoc Opus, quod ad Genua TUA humillimè depono, idque SERENISSIMIS TUIS Oculis clementissimè respice, simulque me contra malevolos umbone Augustissimi TUI Nominis potentissimè defende.

Quod restat, DEUM TER OPT. MAX. demississimis precibus veneror, ut SERENISS. TUAM CELSITUDINEM diutissimè in vita conservare, & ab omnibus Hostibus clementissimè liberare velit, ut communi rei & totius Germaniæ saluti, uti hactenus , ita etiam in posterum gloriosè consulere atque prodesse possit. Fiat ! Dat. Altdorffi Noricorum, d. XXV. Aug. LUDOVICO sacrô, Anno M. DC. LXIIX.

SERENISSIMÆ CELSITUDINIS TUÆ

Humillimus & devotissimus servus

GEORGIUS MATTHIAS KÖNIG,
GEORGII D. FILIUS.

PRÆ-

PRÆFATIO AD LECTOREM.

BEnè Philosophorum Aquila: *Omnibus placere, difficillimum.* Et Xenophon: *Non facile est, ut reperiri aliquod opus possit, in quo nihil à quoquam reprehendatur. Est enim arduum, ita quicquam perficere, ut non alicubi pecces. Quòd si etiam sine aliquo errore quicquam peragat aliquis, difficile est, non pati aut invenire aliquem iniquum judicem.* Hoc inprimis iis usu venire solet, qui libros edunt, eósque in lucem protrudunt. Hîc omnes judicare, omnes linguam acuere amant: nemo est, qui non censendi aut judicandi licentiam sibi sumat. Et sanè haud aliter fieri potest. Qui enim librum edit, perinde facit, ac qui juxta viam ædificat: talis enim aliorum judicia ferre vel invitus cogitur. Haud aliter cum Scriptore vel Authore comparatum est. Ut liber prodiit, statim aliorum judicia, æqua an iniqua, expectanda & devoranda sunt. Hîc optimus quisque vapulat. Nec teste opus: Experientia, veritatis meridies, id abundè testatur. Ne idem mihi non contingat, haud verendum est. Quod alii jam sustinuêre, mihi quoque paratum esse, nullus ambigo. Vix libro conspecto, scio, qui exclamaturi sunt: Annon satis jam Vocabulariorum, Lexicorum, & Thesaurorum? Habemus jam antè *Calepinos, Nizolios, Frisios, Decimatores, Calvisios, Fabros, Corvinos, Merckios*: quid isto Gazophylacio novo opus erat? Hic primus assultus, *Benevole Lector*: expecta, & alium accipies. Alius librum accipit, &, arrepto conspicillo, obiter perlustrat: Asteriscos (*inquit*) video, qui prisca & inusitata vocabula plurima indicant. Cui bono casca addita sunt? Nemo cascè hodie loquitur. Alter, à tergo stans, monet, nova & re-

** cens

cens excogitata vocabula ſimul hîc apparere. Tum tertius nares contrahere, faſtidire, & dicere: Periit Latinitas, ſi nova & recens excogitata admiſeris. Cum *Cicerone & Terentio* nobis loquendum eſt: cœteri, recentiores inprimis, haud magnifaciendi, nec curandi. *Sic illi Ariſtarchi.* Tu, *Benevole Lector*, noli quæſo hos Ariſtarchos imitari, tam temerè judicantes, ſed, ſuſpenſo nonnihil judicio, me quoque audi, & rem preſſiùs pondera. Ante omnia verò ſcias, nihil in conſcribendo hoc Gazophylacio temerè à me ſuſceptum eſſe, cùm in eo adornando pl. Reverendi & Excellentiſſimi DN. JOH. MICH. DILHERRI (at quanti Viri!) conſilio uſus fuerim, qui ante aliquot annos non tantùm hujus negotii ſuſcipiendi ſuaſor & author fuit, verùm etiam modum & ordinem, quem diligenter obſervarem, fideliſſimè mihi præſcripſit. Modus & ordo, quem laudatiſſimus Vir præſcripſerat, hic erat, 1. ut ad ſingulas voces, (quantum quidem fieri poſſet) ſyllabarum quantitates adjicerem. 2. Ut Græca vocabula, Latiô donata, Græco ſimul charactere exprimerem. 3. Ut ſignificata benè diſtinguerem. 4. Ut conſtructiones probè notarem. 5. Ut formulas & elegantias ſubjungerem. 6. Ut Autorum, tam veterum, quàm recentiorum, teſtimonia fideliter exhiberem. Multos enim illud *Ulpiani*, πῦ κεῖται, uſurpare. Hæc ſi obſervarentur, Studioſæ Juventuti ſatis ſupérque conſultum eſſe, exiſtimabat. Secutus ſum *Viri Prudentiſſimi* conſilium, rémque aggreſſus ſum, initiò quidem difficillimam, ſed quam aliorum doctorum & celeberrimorum Virorum, *Chriſt. Daumii & J. G. Styrzelii*, induſtria poſteà mihi reddidit faciliorem; & tandem, DEO juvante, operi optatiſſimum impoſui colophonem. Quid præſtiterim, & num expectationi tanti Viri ſatisfecerim, meum non eſt dicere. Feci, quod potui: & utinam plus præſtare potuiſſem! Utinam etiam tam facilè Ariſtarchis meis ſatisfacere poſſem, quàm facilè DILHERRO Noſtro ſatisfactum eſt. Conabor tamen; Tu, *B. L.* arbiter & judex eſto. *Primò* obvertunt, *plus ſatis*

jam

jam Lexicorum esse, nec hoc novo Gazophylacio opus fuisse. Sanè plurima Lexica à multis annis habentur: fateor. Et tamen subinde in diversis locis diversa Lexica eduntur, eáque vel prorsus nova, vel correcta, vel aucta. Quoties *Calepinus* recoctus est? Nonne *Basil. Faber* tertiâ jam vice prodiit? Quod aliis licet, cur mihi vitio vertitur? Quot Institutiones, quot Compendia Theologiæ prostant? Num ideò nullæ ampliùs Institutiones, nulla Compendia Theologiæ adornanda & publicanda sunt? Quot Commentarii in S. Scripturam jam vulgati sunt? Num idcirco aliis Commentarios in eandem scribere nefas? Haud dixerim. Multa quotidie eruuntur, quæ in prioribus non habentur: & facile est inventis addere. Notanter *Fabius*: *Supervacuus foret in studiis longior labor, si nihil liceret melius invenire præteritis.* Fortassis & Tu in hoc Lexico invenies, quod apud alios frustra quæsiveris: quod tamen sine jactantia dictum velim. Sed pergo, & ad *eum* me confero, qui prisca me huic Lexico intulisse, molestiusculè ferre videtur. *Cui bono* (inquit) *casca addita sunt: nemo hodie cascè loquitur.* Cui bono? Ut intelligantur scilicet, si apud alios casca & prisca allegata inveniantur. Apud *Ciceronem, Agellium, & alios* multa Priscorum testimonia allegantur, quæ intelligere omnino interest. Deinde prisca Vocabula non prorsus sunt rejicienda. Si in loco & tempore & cum judicio adhibeas, condimenti, imò aromatis loco fuerint. Modus adhibendus: abusus & affectatio fugienda est. *Scaliger* certè in *Hymnis Orphei, & Lycophronis versione* sæpissimè cascas voces & locutiones, non sine gratia, adhibuit. Lege, quæso, *Taubmannum in elegantissima Oratione de Lingua Lat. p. 59.* qui ita: *Quanquam autem hæc ita sint: est tamen, ubi locum habeant verba antiqua, de sententia quidem Principum in hac schola magistrorum, Ciceronis & Fabii: quos in sua lingua audiamus:* Non est utendum verbis iis, quibus jam consuetudo nostra non utitur; nisi quando ORNANDI causâ, PARCE. *Auditis*: Ornandi


nandi causâ, &, parcè. *Iterum*: Sanè propriis verbis dignitatem dat Antiquitas. Namque & sanctiorem, & magis admirabilem Orationem & grandiorem faciunt, quibus non quilibet fuerat usurus, &c. *Iterumq́;*: Verba à Vetustate repetita non solùm magnos assertores habent, sed etiam afferunt Orationi majestatem aliquam non sine delectatione: &, quia intermissa sunt, gratiam novitati similē parant. Sed opus est MODO, &c. *Hac ille*. Clarissimus *H. J. Scheurelius in Statua Mercurii, part. 2 sect. 1. c. 1. p. 109.* Prisca & antiqua vocabula quadrupliciter adhiberi posse, disserit. 1. Si quis Tragœdias Comœdiásque scribere velit, in quibus certas personas decere ea verba possunt. 2. Si quis leges aliquas ad Antiquitatis imitationē condat, quibus nescio quid authoritatis ejusmodi antiqua vocabula conciliant. 3. Si quis gravem quandam Inscriptionem meditetur, quam ad Veterum modum fieri interdum non dedecet. 4. Quando quis Epitaphia sepulcrali saxo incidat, quæ propter ejusmodi voces obsoletas quendam quasi mœrorem & atrocitatē spirare videntur. Celeberrimus *Joh. Gerh. Vossius in Etymol. Lat.* in voce CONISCO, multa pro obsoletis haberi, quæ obsoleta non essent, si per pædagogos staret, non sine ratione conqueritur. Nunc *Tertio*, qui nova & recens excogitata vocabula explosa cupit, satisfaciendum est. *Periit Latinitas*, inquit, *si nova & recens excogitata vocabula admiseris: cum Cicerone & Terentio, &c. nobis loquendum est.* At, bone Vir, multùm erras, si Ciceroni nos quicquam detractum velle, existimas. Ciceroni omnia summa tribuimus. Eum pro Latinitatis Principe libenter agnoscimus. Qui Latinitati seriò studere cupit, ante omnia Ciceronem sibi conciliet: deinde etiam alios, tùm veteres, tùm recentiores, sibi familiares faciat, quos tantum abest ut Cicero gravatè ferat, ut potiùs eos in consortium libenter admittat. Deinde Ciceronis scripta non omnia habemus: quæ si extarent, multa non damnaremus, quæ fortassis temerè rejicimus. *Ciceronis scriptorum*, inquit *M. Ant. Muretus l. 15. Var. Lect. c. 1. vix decimam*

cimam partem reliquam habemus, eámq; *multis partibus mancam & mutilam: Sallustii vix centesimam, Varronis tantundem: Catonis è multis voluminibus unum de Re Rust. Commentariolum, &c. et ex illis fractis & laceris, quæ ad nos pervenerunt, Romani sermonis reliquiis affirmare audeamus, si quid in iis non reperiatur, id apud Veteres in usu non fuisse? Quantò credibilius est, nova multa atque inusitata nobis videri, quæ, si eorum libri extarent, in frequentissimo usu posita fuisse, constaret?* Nova & recens excogitata vocabula quód attinet, ea non promiscuè rejici debent. Longè alia (inquit *Voss. lib. 4. Rhet. c. 1. §. 8.*) ratio est eorum, quæ novata sunt vulgi imperitiâ: alia verò eorum, quæ novârunt docti; inprimis si non authore modò commendentur, sed etiam necessitate & elegantiâ. Interdum necessitas novas voces excogitare jubet. Novæ rei (inquit *Goclenius in Problem. Gramm. 3, 16.*) nova vocis significatio convenit. Interdum docendi gratiâ novo & Veteribus inaudito termino utendum est. *Docendi gratiâ*, dico. Sic docendi gratiâ Theologi, Jurisconsulti, Medici, Philosophi novos & peculiares terminos adhibere solent, quibus adhibitis multò expeditiùs rem conficiunt, eámque Auditoribus instillant, quàm si veteres, eósque obscuros adhibuissent. Quin, cùm multa hodie ignorentur vocabula, quæ olim erant nota, major nobis injecta est fingendi necessitas, quàm Veteribus illis, qui tamen ipsi etiam conquesti fuêre de linguæ suæ paupertate vel egestate; sunt verba laudati *Vossii*. Præclarè *Aug. Buchnerus, b. m. in Lex. p. 129. De Latini sermonis egestate ipsi Latini jam olim fuerunt questi. Et nota sunt, quæ apud* Horatium *de necessitate augendi sermonis Latini* in Epistola ad Pisones *legimus. Quod ergo piaculi admiserit, qui nova verba invenerit, propter inopiam veterum; aut cui melius aliquid & efficacius reperire licuit, quàm Veteres olim quod excogitârunt, modò Analogiæ ratio custoditur? Sic* ingratitudinis *reperta vox est: quæ apud neminem Veterum*

extat: necessaria tamen ad denotandum vitium deterrimum, quod hactenus nomine destituebatur. Non gentis certa amplius, sed eruditarum ubiq; gentium propria quasi Latina Lingua est. Quòd si Veteribus, ubi necesse fuit, ὀνοματοποιεῖν licuit; cur nunc id Doctos & Latinarum literarum prudentes in simili tempore id facere non liceat, modò Latino sermoni sua lex & indoles constet? Porrò alia in dissertatione, ubi disciplinæ & institutionis tantùm agitur res: alia in oratione & declamatione, ubi cumprimis eloquentiæ quæritur laus, & licent & decent. Hæc *ille.* Addo ex elegantissimo *Daumii de Causis amissarum L. L. radicum Libello*, multa vocabula à multis pro novis & fictis haberi, quæ tamen ficta non sunt, cùm ab iis, qui ea usurpârunt, ex deperditis Authorum scriptis, ceu ex collatione fragmentorum patet, petita sint. Interim non nego, delectum aliquem vet. & recentiorum Lat. Authorum habendum, & à novis & inusitatis vocabulis, quantum fieri potest, temperandum esse, si alia & Latiniora suppetant. Ut verò scias, *B. L.* quinam veteres, qui intermedii, qui recentiores sint, ecce, Tabulam subjungam, & seriem Doctorum Virorum juxta secula digeram. Quod restat, fruere hoc labore, & simul iis, qui partim consilio, partim librorum necessariorum suppeditatione, inter quos pl. Rever. & Excellentissimus Dn. DILHERRUS, Nobiliss. & Excellentiss. Dn. D. VOLCKHAMERUS, Nobil. Dn. DAUMIUS, Clarissimus Dn. SEXTUS, & ipse Dn. JOH. ANDR. ENDTERUS, familiam ducunt, nos juverunt, debitas & dignas gratias tribue. Vale.

§:(o):§

SERIES



SERIES AUTHORUM
Lat. juxta tempora & secula.

SECUL. III. ANTE NATUM CHRISTUM.

LIVIUS ANDRONICUS, Tragicus, A. 238. floruit. Hic primus *Fabulas* & *Tragœdias* Romæ edere cœpit, teste *Agellio*.
NÆVIUS, Poëta, A. 202. obiit. Scripsit Carmen de *Bello Punico I.* teste *Cicerone*.

SECUL. II. ANTE NATUM CHRISTUM.

PLAUTUS, Comicus, juxta *Calvis.* A. 198. obiit. *Simsonius* eum A. 182. obiisse, ass.
STAT. CÆCILIUS, Comicus, A. 177. floruit. Ejus fragmenta *Rob. Stephanus* collegit.
ENNIUS, Poëta, A. 167. obiit. Scripsit *Annales*, *&* *alia*. Ejus fragmenta edidit *P. Merula*.
TERENTIUS AFER, Comicus, A. 157. obiit.
PACUVIUS, Tragicus, A. 153. claruit.
M. CATO, Histor. & Orator, A. 147. obiit. Scripsit *Origines*: quarum fragm. *Riccobonus* collegit. Item *Librum de Re Rust.*
L. ACCIUS, Tragicus, A. 136. claruit.
TURPILIUS, Comicus, A. 101. mortuus est. Item, *Lucilius*, Satyrarum Scriptor. *Lucilii* fragmenta *Franc. Dousa* edidit.

SECUL. I. ANTE NATUM CHRISTUM.

HORTENSIUS, Orator, A. 93. claruit.
L. CORN. SISENNA, Hist. A. 79. floruit. Ejus fragmenta à *Riccobono* collecta sunt.
AFRANIUS, Comicus, floruit.
M. TERENTIUS VARRO, Romanorum doctissimus, A. 64. claruit. CCCCXC. *libros* à se scriptos esse, ipse ass. Fragmenta ejus *Riccobonus* collegit. Libri *de Lat. Ling.* *&* *Re Rust.* adhuc superant.
P. NIGIDIUS, Mathem. & Gramm. eod. tempore claruit. Fragmenta ejus *Rutgersius in Var.* collegit.
LABERIUS, Mimographus, A. 52. claruit. Ei *Publius Syrus* successit.
LUCRETIUS, Poëta, A. 50. obiit. Scripsit de *Rer. Nat.*
C. JUL. CÆSAR, A. 42. occisus est. Reliquit *Historias*.
A. HIRTIUS, qui de *Bello Gall.* scripsit, & CORNELIUS NEPOS, Scriptor *Virorum Illust.* J. Cæsaris æquales fuerunt.
M. TULLIUS CICERO, Orator & Philosophus, A. 41. à M. Popilio interfectus est.
C. SALUSTIUS CRISPUS, Hist. A. 32. obiit. Scripsit de *Bell. Jug.* & *Conj. Catil.*
TIBULLUS, &, PROPERTIUS, Poëtæ, claruerunt. Eorum *Carmina* habentur.
CATULLUS, Poëta, A. 28. obiit.
VIRGILIUS, Poëta, A. 17. obiit. Scripsit *Æneidem*, *Georgica*, *Eclogas*.

VITRU-

VITRUVIUS, hoc tempore claruit. Scripsit de *Architectura.*
HYGINUS, Astronomus & Mythologus, id temporis etiam floruit. Scripsit de *Fabulis Poët.*
Item, GRATIUS, Poëta, author *Cynegetici.*
HORATIUS, Poëta, A. 6. obiit. Reliquit *Carmina.*
VERRIUS FLACCUS, Gramm. A. 4. obiit. *Comment.* edidit de *L. Lat.*
PHÆDRUS, scripsit Fabulas.

SECUL. I. A NATO CHRISTO.

ASCONIUS PEDIANUS, Gramm. A. C. 2. & deinceps floruit. Scripsit in *Cic. Orationes quasdam.*
CORNELIUS CELSUS, Med. Scripsit 8. libb. de *Re Med.*
SCRIBONIUS LARGUS, Med. Reliquit librum de *Medicam. Composit.*
LIVIUS, Hist. & OVIDIUS, Poëta, A. 18. mortui sunt. Ille *Annales*: hic *Carmina* reliquit.
VALERIUS MAX. Hist. claruit. Extant ejus *libri Exemplorum.*
VELLEIUS PATERCULUS, Hist. A. 30. floruit.
MODER. COLUMELLA, floruit. Scripsit *librum de Re Rust.*
FENESTELLA, Hist. A. 36. obiit. Tribuitur ipsi *Commentarius de Magistratibus Rom.* Quamvis *Egydius Witsius* illum *Andreæ Dominico Flocco Florentino* adscribat.
ANN. CORNUTUS, Gramm. claruit.
Q. CURTIUS, Hist. A. 48. vel circiter floruit, juxta *Lips.* *Alii* tamen eum recentiorem faciunt. Scripsit *Hist. Alexandri M.*
PETRONIUS ARBITER, uti plerisque videtur, hoc tempore claruit. Edidit *Satyricon.*
PERSIUS, Poëta, A. 62. obiit. Scripsit *Satyras.*
SENECA, Philosophus, A. 65. vivere desiit. Scripsit *Moralia* & *Naturalia.*
ANN. LUCANUS, Poëta, A. 66. à Nerone occisus est. Scripsit de *Bello Civ. Cæs. & Pomp.*
PLINIUS SECUNDUS, Hist. Nat. Scriptor, claruit.
SILIUS ITALICUS, Poëta, A. 68. floruit. Condidit *Carmen de Bello Punico II.*
VALERIUS FLACCUS, Poëta, *Argonautica* composuit.
JUVENALIS, Poëta, scripsit *Satyras.*
JUL. SOLINUS, Hist. Scripsit *Polyhistorem.*
MARTIALIS, edidit *Epigrammata.*
STATIUS PAPINIUS, Poëta, reliquit *Thebaidem & Achilleidem.*
FABIUS QUINTILIANUS, Rhetor, A. 95. mortuus est. Scripsit *de Re Oratoria.*
JUL. FRONTINUS. Scripsit de *Stratagematibus* & *re militari.*

SECUL. II. A NATO CHRISTO.

CORNELIUS TACITUS, Hist. floruit. Scripsit *Annal. & Hist.*
PLINIUS, Junior. A. 102. claruit. Reliquit *Epistolas.*
FLORUS, Hist. floruit. Edidit *Compendium Hist. Rom.*
SUETONIUS TRANQUILLUS, Hist. A. 127. claruit. Scripsit de *Impp.*
JUSTINUS, Hist. *Trogi* Abbreviator.
AGELLIUS, Philologus, claruit. Reliquit *Noctes Atticas.*
LABEO, JCtus, A. 144. floruit.
FRONTO, Orator & Gramm. A. 164. claruit. Scripsit *libellum* de *Differentiis.*
APULEIUS, Madaurensis Philosophus. Scripsit *IX. libros Metamorph. Apologiam, &c.*

SECUL. III. A NATO CHRISTO.

SEPTIM. TERTULLIANUS, Script. Eccles. A. 200. floruit. Scripta ejus extant.
MINUTIUS FELIX, A. 209. floruit. Reliquit *Dialogum*, *Octavii* nomine.
SERENUS SAMMONICUS, Med. & Poëta, floruit. Scripsit Carmen de *Medicina* & *Remediis Morb.*

PAPI-

Jctus, à Caracalla occisus est.
PAPINIANUS, A. 226. à militibus occisus est.
ULPIANUS, Jct. MAURUS, Gramm. A. 230. vel circiter floruit. Scripsit de *Metris*.
TERENTIANUS A. 251. claruit. Scripsit de *Die natali*.
CENSORINUS, A. 259. martyrio coronatus est.
S. CYPRIANUS, Scriptor Eccles. A. 260. claruit. Scripsit *Sermones*.
ZENO VERONENSIS, Poëta, A. 283. floruit. Scripsit *Eclogas* & *Cynegeticon*.
NEMESIANUS, Poëta, A. 284. floruit. Reliquit *Eclogas*.
CALPURNIUS SICULUS, Poëta, A. 284. floruit. Reliquit *Eclogas*.

SECUL. IV. A NATO CHRISTO.

CÆLIUS AURELIANUS, Med. A. 300. claruit. Scripsit de *Morbis tardis & acutis*.
ARNOBIUS, Afer, Rhetor, A. 303. & deinceps floruit. Scripsit contra *Gentes*.
FANNIUS, Med. & Poëta, scripsit de *Ponderibus & Mensuris*.
LACTANTIUS FIRMIANUS, Rhetor, scripsit *Instit. Divinas*, &c.
LAMPRIDIUS, SPARTIANUS, CAPITOLINUS, VOPISCUS, Hist. A. 318. vixerunt.
JUVENCUS, Hisp. Poëta Christianus, A. 328. claruit. Expressit *Hist. Evangel.* versibus Heroicis.
LUCIFER CALARITANUS, Scriptor Eccles. A. 350. floruit.
JULIUS FIRMICUS, Math. A. 355. claruit. Scripsit *8. libros ad Lollianum Cons.*
MARIUS VICTORINUS, claruit. Scripsit *Carmen de 7. Fratrib. Maccab.*
PACIANUS, Scriptor Eccles. A. 360. floruit.
AMMIANUS MARCELLINUS, Hist. A. 364. vixit.
S. HILARIUS, Pictaviensis, A. 365. obiit. Reliquit *Hymnos*.
OPTATUS, Milevitanus, Scriptor Eccles. A. 365. floruit.
FEST. AVIENUS, Poëta, claruit. Scripsit *Periegesin*, & *Fabb.*
AUR. PRUDENTIUS, Poëta Christianus, A. 380. floruit. Scripsit *Hymnos, & alia Carmina*.
VEGETIUS, A. 387. floruit. Scripsit de *Re Militari*, & *Mulomedicina*.
AUR. SYMMACHUS, A. 391. claruit. Edidit *Epistolas*.
CLAUDIANUS, Poëta gentilis, eod. tempore claruit. Scripsit *Carmina*.
CHALCIDIUS, Philosophus, A. 392. vixit.
PAULINUS, Nolanus, Poëta Christianus, A. 394. floruit.
SEVERUS SULPICIUS, A. 397. floruit. Scripsit *Hist. sacram*, &, *Vitam S. Martini*.
RUFINUS, Aquilegiensis, scribendo inclaruit.

SECUL. V. A NATO CHRISTO.

RUTILIUS NUMATIANUS, Gent. Poëta, A. 410. claruit. Scripsit *Itinerarium*.
OROSIUS, Hisp. Hist. A. 414. floruit. Scripsit *Hist.*
S. HIERONYMUS, A. 420. obiit. Multa scripsit, 3. Tomis comprehensa. *Eod.* tempore AUSONIUS, Poëta & Orator, floruit.
CASSIANUS, Monachus, A. 424. vixit.
S. AUGUSTINUS, A. 430. vitâ excessit. Scripta ejus 10. Tomis comprehenduntur.
SEDULIUS, Poëta Christ. A. 432. floruit.
VINCENTIUS, Lirinensis, A. 434. claruit. Reliquit *Commonitorium*.
PETRUS CHRYSOLOGUS, Scriptor Eccles. A. 440. floruit. Scripsit *Sermones*.
HILARIUS, Arelatensis, A. 448. floruit.
SIDONIUS APOLLINARIS, A. 458. claruit. Composuit *Carmina & Epistolas*.
SALVIANUS, Massaliensis Episcopus, A. 460. Reliquit *8. libros de Gub. Dei, Epistolas, & alia*.
PROSPER, Aquitanicus, A. 466. obiit.
CLAUDIANUS MAMERTUS, Vienn. Episcopus, A. 466. floruit. Scripsit *de Stat. Animæ*.

Marius Victor, Massiliensis, A. 481. floruit. Reddidit *Genesin* carmine Hexametro.
Manl. Severinus Boethius, Philosophus, A. 487. claruit. Scripsit de *Consol. Philos.*
Ruricius, A. 490. floruit. Reliquit *Epistolas.*
Alcimus Ecdicius, A. 494. claruit. Expressit *Historiam sacram de Mundi. Orig. diluvio, &c.* carmine.

SECUL. VI. A NATO CHRISTO.

Ennodius, Ticinensis Episcopus, A. 516. obiit. Scripsit *Orationes & Epistolas.*
Priscianus, &, Festus, Grammatici, A. 526. Constantinopoli floruerunt.
Justinianus, Imp. A. 529. *Codicem Juris* edidit.
Fulgentius, Ruspensis, A. 529. obiit.
Tribonianus, Jctus, A. 529. floruit.
Jornandes, Hist. floruit. Scripsit de *Rebus Gothorum.*
Arator, &, Dracontius, Poëtæ, floruêre, A. 540. Arator *Acta Apostolorum* : Dracontius *Hexaemeron* versibus expressit.
Primasius, Africanus Episcopus, A. 550. claruit.
Aur. Cassiodorus, A. 562. floruit. Scripsit *Epistolas.* Item, de *Amicitia, &c.*
S. Columbanus, A. 565. floruit.
Victor Africanus, Tunnensis Episcopus, A. 566. claruit. Scripsit *Chronicon,*
Corippus, Poëta, A. 567. claruit. Edidit *Carmen* in laudem *Justini II.*
Fortunatus Venantius, Poëta, A. 570. claruit. Scripsit *Hymnos* & *alia.*
Gildas, Hist. A. 580. floruit.
Martianus Capella, Scriptor Gent. juxta *quosdam* hoc tempore vixisse creditur. Scripsit de *Nupt. Philolog. & Mercurii.*
Gregorius, Turonensis, Hist. A. 596. obiit.

SECUL. VII. A NATO CHRISTO.

Gregorius M. Episcopus Rom. A. 604. obiit.
Isidorus, Hispalensis, A. 637. mortuus est. Scripsit de *Etymologia.*
Gallus, Confessor, A. 640. obiit.
Marculphus, A. 660. claruit. Reliquit *Formulas.*
Drepanius Florus, Poëta, A. 684. floruit. Scripsit *Hymnos, Carmina, &c.*
Adamannus, A. 690. floruit.

SECUL. VIII. A NATO CHRISTO.

Aldhelmus, A. 707. claruit. Scripsit de *Virginitate.*
S. Beda, A. 734. obiit. Scripsit *Vitam S. Cutberti.*
Bonifacius, Mogunt. Episcopus, A. 755. à Frisiis interfectus est.
Paulus Diaconus, Hist. A. 774. claruit.
Alcuinus, Anglus, A. 790. obiit.

SECUL. IX. A NATO CHRISTO.

Paschasius Ratbertus, A. 820. vixit. Scripsit de *Eucharistia.*
Angelomus, Lexoviensis, A. 830. floruit. Edidit *Comm. in Cant. Cant.*
Item, Freculphus, Historicus.
Haymo, Halberstadiensis Episcopus, A. 834. claruit.

Agobar-

AGOBARDUS, Lugd. Episcopus, A. 835. floruit.
WALAFRIDUS STRABUS, A. 840. clarus esse coepit.
RABANUS MAURUS, Mog. Episcopus, A. 855. obiit.
ANASTASIUS, Bibliothecarius Pontificius, A. 858. floruit. Scripsit *Historiam Pontificum.*
AIMOINUS, Hist. A. 873. floruit.
ADO, Viennensis, Chronographus, A. 879. claruit.
HERICUS, Altissiodorensis, Poëta, A. 880. vixit.
HINCMARUS, Rhemensis Episcopus, A. 882. obiit. Reliquit *Epistolas*, *& alia.*

SECUL. X. A NATO CHRISTO.

REGINO, Prumiensis, A. 910. vixit. *Chronicon* composuit.
FLODOARDUS, Hist. A. 950. claruit. Item, LUITPRANDUS, Hist. Hic librum *de Legat. Constantinop.* reliquit.
ROSVITA, Monialis, 970. floruit. Scripsit *Carmina.*
SALOMO, Constantiensis Episcopus, A. 995. claruit.

SECUL. XI. A NATO CHRISTO.

FULBERTUS, Carnotensis, A. 1028. obiit. Scripsit *Hymnos & Epistolas.*
MARBODEUS, Gallus, A. 1050. floruit. Scripsit de *Gemmis.*
CONSTANTINUS, Africanus, Med. A. 1070. floruit. Scripsit *Viaticum.*
PETRUS DAMIANI, A. 1072. obiit.
LAMBERTUS, Schafnaburgensis, Hist. A. 1077. floruit.
MARIANUS, Scotus, Chronologus, A. 1086. mortuus est.
RAIMONDUS de AGILES, Hist. A. 1095. floruit.

SECUL. XII. A NATO CHRISTO.

HILDEBERTUS, Cenom. A. 1100. floruit.
BALDERICUS, Aurel. Scriptor *Hist. Hieros.* tunc temporis quoque claruit.
Item, HELMOLDUS, Lubec. Hist. qui scripsit de *Rebus Slavorum.*
ANSHELMUS, Cantuariensis, A. 1106. juxta *nonnullos* obiit. Scripsit librum de *Incarnat. Verbi:* & alium, *Cur Deus homo.*
SIGEBERTUS, Gemblacensis, Hist. A. 1110. floruit.
GRATIANUS, decretorum Collector, A. 1120. claruit.
ORDERICUS VITALIS, A. 1120. claruit.
HUGO de S. VICTORE, A. 1130. floruit. *Varia* edidit.
PETRUS ABAILARDUS, A. 1140. vixit. Scripsit *Theologica.*
GUIL. MALMESBURIENSIS, Hist. A. 1142. claruit.
S. BERNHARDUS, Abbas Claraev. A. 1153. obiit. Multa reliquit.
PETRUS de RIGA, A. 1170. claruit. Scripsit *Auroram.*
GUILH. TYRIUS, Hist. A. 1174. claruit.
PETRUS BLESENSIS, A. 1177. floruit. Scripsit *Epistolas*, *Sermones*, *&c.*
JOH. SARISBERIENSIS, elegantissimus Scriptor, A. 1182. obiit. *Metalogicum*, *Epistolas*, *& librum de Nugis Curialium* composuit.
GUNTHERUS, Ligurinus, Poëta, A. 1190. floruit. De *Gestis Frid. Barbarossa* scripsit.

SECUL. XIII. A NATO CHRISTO.

SAXO, Grammaticus dictus, Hist. A. 1200. claruit. Edidit *Hist. Danicam.*
PAPIAS, Lexicographus, eod. tempore floruit. *Item*, DEVONIUS, Poëta.

URSPERGENSIS ABBAS, CONR. à LIECHTENAW, A. 1215. obiit.
JAC. à VITRIACO, A. 1240. claruit.
MATTHÆUS PARIS, Hist. A. 1245. claruit. *Eodem tempore* RODERICUS TOLETANUS, obiit.
ALBERTUS, Stadensis, A. 1250. floruit. *Item*, PHILIPPUS GUALTERUS, Poëta, qui de *Gestis Alex. M.* carmine scripsit.
OTTO FRISINGENSIS, Hist. A. 1260. floruit.
CONR. à MURE, Turig. A. 1273. vixit. Scripsit Carmen *de Passione Felicis, Regulæ & Exuperantii*, ex quo nonnulla nobis suppeditavit Nob. *Styrzelius*.

SECUL. XIV. A NATO CHRISTO.

ALANUS, A. 1300. floruit, & librum de *Planctu Naturæ* reliquit.
FRANC. PETRARCHA, A. 1374. obiit. Scripsit *Epistolas & Carmina*.
JOH. BOCCATIUS, A. 1375. obiit. Scripsit de *Genealog. Deorum, &c.*
ALBERTUS de ARGENTINA, Hist. A. 1378. claruit.

SECUL. XV. A NATO CHRISTO.

FLAVIUS BLONDUS, Hist. A. 1436. floruit.
HENR. HARPHIUS, Theol. A. 1460. claruit. *Theologiam Mysticam* edidit.
ÆNEAS SILVIUS, aliàs Pius II. dictus, A. 1464. obiit. Scripsit *Orat. & Epistolas*.
LAUR. VALLA, A. 1465. juxta *Calvis.* mortuus est. Scripsit *de L. L. Elegantiis*.
NICOL. PEROTTUS, A. 1470. claruit. Composuit *Cornucopia Lat.*
POMP. LÆTUS, A. 1472. claruit.
THEOD. GAZA, A. 1478. mortuus est. Quædam in *Aristotele* transtulit.
TUROCIUS, Hungarus, Hist. A. 1480. claruit. Scripsit *de Rebus Hung.*
FRANC. PHILELPHUS, &, RUD. AGRICOLA, A. 1485. vivere desiêrunt.
ANG. POLITIANUS, A. 1494. obiit. *Item*, HERMOLAUS BARBARUS. Ang. *Politianus, Miscellanea, Carmina, Epistolas* reliquit.
HENR. BEBELIUS, Poëta, A. 1497. claruit. Edidit *Triumphum Veneris*.

SECUL. XVI. A NATO CHRISTO.

CONR. CELTES, Poëta, A. 1505. obiit. Item, JOVIANUS PONTANUS. Hic *Philosophica, Historica, & Carmina compluria* reliquit.
ANT. SABELLICUS, Hist. A. 1507. mortuus est.
PAUL. LANGIUS, Hist. A. 1510. claruit. Scripsit *Chron. Citizense*. Tunc etiam RICH. BARTHOLINUS, Orator & Poëta, floruit. Scripsit *Hodæporicon & libros XII. Austriados*.
PHIL. BEROALDUS, A. 1510. obiit. Scripsit *Comm. in Suet. & Apul.*
MICH. MARULLUS, Poëta, A. 1511. in aquis periit.
BAPTISTA MANTUANUS, Poëta, A. 1516. obiit. Reliquit *Carmina*.
ALB. CRANTZIUS, Hist. A. 1517. obiit. Scripsit *Vandaliam, &c.*
LUDOV. VIVES, Hisp. A. 1518. floruit.
JOH. TRITHEMIUS, Abb. Spanh. A. 1519. obiit. *Chronicon* edidit, & *alia*.
MARC. PALINGENIUS, Poëta, A. 1531. floruit.
EURICIUS CORDUS, Med. & Poëta, A. 1535. obiit. *Item*, THOMAS MORUS, qui *Utopiam* condidit.
DESID. ERASMUS, A. 1536. obiit. Scripsit de *Adagiis*: Item, *Colloquia & Epist.*
BAPT. FIÆRA, A. 1538. obiit. Scripsit *Cœnam*.

GUIL.


GUIL. BUDÆUS, A. 1540. obiit. Scripsit *de Contemtu Rer. Fortuit.* Item, *de Asse.*
FRANC. VATABLUS, A. 1547. obiit. Nonnulla in *Aristotele in Lat. Serm.* convertit.
BEAT. RHENANUS, eodem annô obiit. *Notas in Tertullian.* reliquit.
PIERIUS VALERIANUS, A. 1550. obiit. Scripsit *Hieroglyphica, & Carmina:* Item, *Comm. in Virg.*
ANDR. ALCIATUS, Jct. A. 1551. obiit. Reliquit inter alia *Emblemata.*
JUL. CÆS. SCALIGER, A. 1558. obiit. Item, JOH. CORNARIUS, Med.
PHIL. MELANCHTHON, A. 1560. obiit. Scripsit *Orationes & Carmina.*
JOH. STIGELIUS, Poëta, A. 1562. vivere desiit. Reliquit *Poëmata.*
ADR. TURNEBUS, Criticus & Philologus, A. 1565. obiit. Scripsit *Adversaria.*
JOACH. CAMERARIUS, A. 1574. obiit. *Carmina* complura edidit.
ADR. JUNIUS, Med. A. 1575. obiit. Scripsit *Animadversiones.*
J. LUD. de LACERDA, A. 1580. claruit. Scripsit *Adversaria Sacra.* Item, *Notas in Virgilium.*
P. VICTORIUS, A. 1585. obiit. *Varias lectiones* edidit. Item, CAROL. SIGONIUS.
M. ANT. MURETUS, eodem anno, rebus humanis valedixit. Is itidem *Varias lectiones* conscripsit.
AD. LONICERUS, Med. A. 1586. mortuus est. Scripsit de *Stirpibus.*
JOH. BAPT. PORTA, Med. A. 1588. claruit. Scripsit *de Nat. Magia.*
JAC. CUIACIUS, Jct. A. 1590. obiit. *Item*, JACOB. TH. TABERNÆMONTANUS, Med. *nec non* NICOL. FRISCHLINUS, Poëta.
BARN. BRISSONIUS, Jct. A. 1591. occisus est. Scripsit *de Formulis Rom.*
ANGELINUS GAZÆUS, Poëta, A. 1593. claruit. Scripsit *Pia Hilaria.*
JOH. LEUNCLAVIUS, A. 1593. obiit. Scripsit *Pandectas Turcicas.*
LÆVINUS TORRENTIUS, A. 1595. obiit. Scripsit *Comm. in Horatium.* *Item*, VALENS ACIDALIUS, Poëta & Criticus.
HOR. TURSELLINUS, A. 1599. obiit. Scripsit *de Particulis Lat. L.* Item, *Univ. Historia Comp.*

SECUL. XVII. A NATO CHRISTO.

DAV. CHYTRÆUS, A. 1600. obiit.
PAULUS MELISSUS, Francus, Poëta, A. 1602. canere desiit. *Eodem* tempore, etiam FRANC. JUNIUS, Theol. defunctus est.
Anno 1604. JOH. DOUSA, Poëta, OB. GIPHANIUS, Jct. CHRIST. COLERUS, Jct. & Philolog. *nec non* HIER. MERCURIALIS, Med. obiêre. Giphanius, *Observ. Lat. L.* Colerus, *Parerga*, Mercur. *Var. lectiones* reliquit.
ROB. CONSTANTINUS, A. 1605. obiit.
JUST. LIPSIUS, Jct. & Criticus, A. 1606. obiit. *Electa, Antiquas Lect. & alia* plura reliquit.
M. ANT. DELRIO, A. 1608. mortuus est. *Comm. in Sen. Trag.* edidit.
JOS. SCALIGER, A. 1609. obiit. *Hymnos Orphei* carmine expressit, & alia infinita edidit.
PHIL. RUBENIUS, A. 1611. defunctus est. Scripsit *Electa.*
JOH. WOWER, A. 1612. obiit. Scripsit *Epistolas.*
A. 1613. CONR. RITTERSHUSIUS, Jct. obiit. *Comm. in Phædrum, Plinii Epistolas*, & *Salvianum* composuit. Tunc etiam FRID. TAUBMANNUS, &, DOM. BAUDIUS, Poëtæ doctissimi, obiêre.
ISAAC CASAUBONUS, A. 1614. vivere desiit. Scripsit *Comm. in Sueton. Persium, & alios.* Eodem anno MARQ. FREHERUS, Jct. extinctus est.
SETHUS CALVISIUS, A. 1615 obiit. Scripsit *Opus Chronologicum, Lexic. &c.*
SCIPIO GENTILIS, Jct. A. 1616. obiit. Edidit *Parerga, Comm. in Apologiam Apuleii, &c.* Item, AD. THEOD. SIBERUS.
J. AUG. THUANUS, Hist. A. 1617. obiit. *Item*, BERNHARDINUS BALDUS, Mathem. qui *Lexicon Vitruvianum* edidit.

BERNH. BAUHUSIUS, A. 1619. obiit. Scripsit *Epigrammata*.
JAC. GRETSERUS, Jes. A. 1625. obiit. Scripsit *Varias lectiones*, aliaque.
JANUS GRUTERUS, JCtus, Hist. & Poëta, A. 1627. mortuus est. Scripsit *Bibliothecam Exulum, Carmina, &c.*
MATTH. MARTINIUS, A. 1628. obiit. Edidit *Etymologicum Lat.* Item, RUD. GOCLENIUS, qui scripsit *Problemata Gramm.* & *Observ. L. Lat.*
CAR. SCRIBANIUS, A. 1629. obiit. Scripsit *Philosophum Christianum, Superiorem, Medicum, Origines Antverp.* & *Politicam.* Item, *de Pass. Christi. Eod.* anno ANDR. SCHOTTUS, obiit. Scripsit *Humaniores Observ.*
MATTH. RADERUS, A. 1634. mortuus est. Commentatus est in Martialem.
MICH. VIRDUNGUS, A. 1637. obiit. *Carmina & Orationes* reliquit: Item, *Notas in Agricolam Taciti.*
JAC. BIDERMANNUS, A. 1639. obiit. *Dramata, item Utopiam* conscripsit. *Item,* JOH. MEURSIUS, Philologus. Scripsit *Exercitationes Criticas.*
MATTHIAS BERNEGGERUS, A. 1640. obiit. Scripsit *Comm. in Plinii Panegyricum.*
JOH. WEITZIUS, A. 1642. vivos deseruit. *Comment. in Terent. & Prudentium* composuit.
HUGO GROTIUS, A. 1645. obiit.
CASP. BARLÆUS, A. 1647. obiit. *Carmina & Epistolas* conscripsit. Eodem anno etiam CHRIST. ADAMUS RUPERTUS, vivere desiit. Is *Comm. in Florum, Valer. Max. & Vellejum* reliquit.
CASP. HOFMANNUS, Med. A. 1648. mortuus est. Scripsit *Poëmata.*
JOH. GERH. VOSSIUS, A. 1649. obiit. Scripsit *Lat. Etymologicon*: item, *de Vitiis Lat. Serm.*
CLAUD. SALMASIUS, A. 1652. vivis excessit. Scripsit luculentum Commentarium in *Solinum, Historiæ Aug. Scriptores, Tertullianum de Pallio, &c.*
ZU. BOXHORNIUS, A. 1653. obiit. Edidit *Quæstiones Romanas.*
JOH. SELDENUS, JCt. A. 1654. obiit. Scripsit *de Jur. Nat. & Gent. de Diis Syror. &c.*
THOM. LANSIUS, JCt. A. 1657. obiit. Reliquit *Orationes.*
CASP. BARTHIUS, A. 1658. obiit. Edidit *Adversaria: Comm. in Claudianum, in Statium, &c.*
AUG. BUCHNERUS, A. 1661. obiit.
CASP. SCHOTTUS, Math. A. 1666. obiit. Scripsit *Physicam Curiosam.*
TH. REINESIUS, Med. & Polyhistor. Celeberrimus, A. 1667. obiit. Scripsit *Varias lectiones: Epistolas ad Daumium*, nondum editas. Item, *Notas in Fragm. Petron.*
J. G. STYRZELIUS, A. 1668. obiit. Edidit varia Carmina: & ad hoc Lexicon adornandum plurimùm contulit.
In vivis sunt, ni fallor, MASENIUS, qui scripsit *Carmina & Dramata.* TULDENUS, qui edidit *Historias.* VALLESIUS, qui edidit *Comm. in Ammian. Marcell.* OUZELIUS, qui commentatus est in *Minut. Felicem.* J. SCHEFFERUS, qui scripsit *in Fragm. Traguriense*, quod *quidam Petronio* tribuunt.
Inter vivos adhuc etiam sunt, pl. Rev. & Excellentiss. Dn. JOH. MICH. DILHERRUS, Theologus, Philosophus & Philologus Celeberrimus, Fautor meus ætatem colendus, qui *Electa, Disputationes Philologicas, Apparatum Philologiæ, &c.* edidit, ex quibus prata nostra aliquoties rigavimus: & Clariss. Dn. CHRISTIANUS DAUMIUS, Poëta & Polyhistor famigeratissimus, ex cujus scriptis, *libello sc. de Amissione Radicum Lat. L. Notis in Catonem, & Millenariis partim editis, partim ineditis* non parùm profecimus. Hos ut DEUS TER OPT. MAX. diu diuque sanos & salvos conservare velit, animitùs precor! Fiat!

NOTÆ



NOTÆ ROMANORUM,

Quibus brevitatis causâ utebantur; harum interpretatio in duas partes distributa est: Primò ea locata sunt, quæ ad Rempublicam, Leges, Magistratusq; pertinent; Secundò, quæ ad privata spectant.

I.
DE REPUBLICA.

R. P. Respublica.
P. R. Populus Romanus.
S. P. Q. R. Senatus populusque Romanus.
A. P. V. C. Anno post Urbem conditam.
A. A. V. C. Anno ab Urbe condita.

Notæ de Magistratibus.

Q. Quæstor.
Q. Q. Quæstores.
D. Dominus.
D D. Domini.
AED. P. ÆDIL. PL. Ædilis plebis.
AED. CUR. Ædilis Curulis.
TR. P. Tribunus plebis.
TR R. P. Tribuni plebis.
PR. Prætor.
PR R. Prætores.
PR. U. Prætor Urbanus.
PR. PE. Prætor Peregrinus.
PR. PR. Pro-Prætore.
COS. Consul.
COSS. Consules.
COS. DES. Consul designatus
CES. i. e. Censor: interdum CENS. scribunt.
DICT. Dictator.
DICT. R. G. C. Dictator rei gerendæ causâ.
DICT. COM. HAB. C. Dictator Comitiorum habendorum causâ.
LAT. FER. C. Latinarum Feriarum causâ.
S. S. C. Seditionis sedandæ causâ.
R. P. C. C. Reipublicæ constituendæ causâ.
CLAVI. FIG. C. Clavi figendi causâ.
MAG. EQ. Magister Equitum. Habebat enim Dictator semper adjunctum Magistrum Equitum.

De Notis Officiorum.

IM. Imperator.
PONT. M. Pontifex Maximus.
P. P. Pater patriæ.
Deinde apud Jurisconsultos P.P. significat præfectum Prætorio.
TR. POT. Tribunitia potestate.
LEG. Legatus, vel, legio.
PRÆF. Præfectus.
PRÆF. COH. Præfectus cohortis.
PRÆF. UR. Præfectus urbis.
PRÆF. TUR. Præfectus turmæ.
Inter Nomina Officiorum sunt & ista: CUR. R. P. Curator Reipublicæ.
III. VIR. R. C. Triumvir Reipublicæ cõstituendæ.
III. VIR. A. A. A. F. F. Triumvir, auro, argento, ære flando, ferundo.
II. VIR. Duumvir.
VI. VIR. Sexvir.
AUG. Augustalis.
VI. VIR. AUG. Sexvir Augustalis.
X. VIRI. LIT. JUD. Decemviri litibus judicandis.
LIT. Litibus.
EQ. R. Eques Romanus.
EQ. P. Eques publicus.
L. Libertus, cùm postponitur.
LL. Liberti.
COAC. ABD. coactus abdicavit.
I. E. L. F. E. in ejus locum factus est.

Q.I.H.

Q.I.H.H.M.E. Qui in hoc honore mortuus est.
Cùm aliquis in Magistratu diem obiisset, addebant has notas.
A. E. appellatus est.
I. M. M. E. in Magistratu mortuus est.
SUF. E. suffectus est.
Ad Censores pertinet sequens.
L. F. lustrum fecit.

De SCtis & Legibus.

S. C. Senatus Consultum.
D. S. S. de Senatus sententia.
V. F. Verba fecit.
Q. D. E. R. F. P. quid de ea re fieri placeret.
D. E. R. I. C. de ea re ita censuerunt.
S. Q. C. F. Senatusque consultum facerent.

Ad Leges Romanas.

Ista erat clausula omnium Legum Romanarum,
S. Q. R. E. Q. R. I. N. S. E. H. L. N. R. E. si quod rogatum est, quod rogari jus non sit, ejus hac lege nihilum rogatum est.
Q. I. S. S. quæ infrà scripta sunt.
Q. S. S. S. quæ suprà scripta sunt.

II.
DE NOTIS PRIVATIS.

J. O. M. S. Jovi Optimo Maximo sacrum.
D. M. S. DIs Manibus sacrum.
H. M. P. hoc monumentum posuit.
D. S. P. D. D. de sua pecunia dedicavit.
D. S. P. F. de sua pecunia fecit.
V. S. L. M. votum solvit libens meritò.
T. P. J. testamento poni jussit.
E. T. F. C. ex testamento faciendum curavit.
B. M. S. Bene merenti scripsit.
H. M. D. M. A. huic monumento dolus malus abest.
S. T. T. L. in fine lapidis ferè invenitur. Significat: Sit tibi terra levis. Ethnica & gentilis nota, quâ precabantur sepultis, ut terra eis esset levis.
IN. FR. P. X. In fronte pedes decem.
IN. A. P. IX. in agro pedes novem. Mille pedes in fronte, inquit *Horatius*, respiciens ad has ipsas notas.
P. pedes vel pondo significat.
V. A. X. M. V. D. V. H. III. vixit annos decem, menses quinque, dies quinque, horas tres.
A. P. O. R. anno post orbem redemtum.
XBER. December.
V. TILIS. Quintilis.
VI. TILIS. Sextilis.
IIX. BER. October.
IX. BER. November.
H. M. H. N. S. hoc monumentum heredes non sequetur.
H. F. C. heres faciundum curavit.
H. S. E. hic situs est.

Observatio ex lectione P. Victorii.

Si judicatum erit, NON LIQUERE, observandum, judices Romanos, cùm sententiam laturi erant; aut voce palàm pronunciâsse, aut per tabellam. Si per tabellam; tum tres diversas tabellas accipiebant, unam A. litterâ notatam; alteram K. litterâ, seu, ut quidam volunt, C; Tertiam N. quarum prima Absolutionem significabat; Secunda Condemnationem, tertia Ampliationem. Notabantur autem his litteris, quia illæ primæ erant & capitales, verborum eorum, quæ pronunciabant; videlicet: ABSOLVO. CONDEMNO. NON LIQUET. Quod postremum valet: non constat; non clara res est. Et cùm numerus major Judicum NON LIQUERE pronunciâsset, tum ampliùs quærendum dicebant, & judicium ampliabatur, i. differebatur sententia suspensa. De his Notis intelligendus Cicero pro Milone: *Quod nisi vidisset, posse absolvi eum, qui fateretur; cùm videret nos fateri, neque quæri unquam jussisset, nec vobis tam salutarem hanc in judicando litteram, quam illam tristem dedisset.* Salutarem litteram dicit A. notam absolvendi; tristem K. i.e. condemnandi.

LEXI-

LEXICON LATINO-GERMANICUM.

A, AB, & ABS, *Præpositiones*, Ablativis junguntur, aus/ von. A, dictionibus à consona: AB, dictionibus à vocali incipientibus præponitur: interdum aliis etiam literis, ut L.R.S.D.N. præmittitur. Usus harum particularum varius est. 1. Verbis *Passivis* communiter addi solent, *ut*, Darius ab Alexandro victus est, Darius ist vom Alexander überwunden worden. *Item* verbis, *Passivi vim habentibus*, ut, Vapulare ab aliquo, von einem geschmissen werden. 2. Τῷ *E* vel *EX* respondent, ut, *Suet. Tib. c. 20.* A Germania in urbem regressus est, er ist aus Teutschland wieder nach Rom kommē. 3. Idem, quod *POST*, significant, *ut*, à prandio, nach dem Mittagessen. *Suet. Cæs. c. 60.* Ab itinere statim, stracks nach der Reis. A morte ejus, nach seinem Tod. Vid. *Lex. Crit. Parei p. 4.* 4. Pro *CUM* vel *PRO* usurpantur. *Cicero*: A Senatu stare, mit dem Raht halten. *Plaut. Rud.* A me sentit, er gibt mir Beyfall. 5. Idem, quod *QUOAD*, denotant. *Cic. ad Att.* Imparatus tùm à militibus, tùm à pecunia, weder an Kriegsknechten / noch am Geld staffirt. *Plaut.* A me pudica est, meinetwegen ist sie wol rein. Vid. *Parei Lex. Crit. p. 2.* 6. *Causam* rei exprimunt. *Plinius*: Caput à Sole dolet, der Kopff thut ihm von der Sonnen weh. *Livius*: A secundis rebus magis solitò incauti, wegen glücklichen Progreß unbehutsamer / als sonsten. Atque tunc idem, quod *OB* vel *PROPTER* significant. 7. Descriptioni *TEMPORIS*, *LOCI*, *SITUS*, &c. inserviunt. *TEMPORIS*, ut, *Plaut.* Ab aurora, wie der Tag anbrach. *Cic.* Ab incunabulis, von der Wiegen her. *LOCI. Cic.* A Janiculo usque ad ædem Apollinis. *SITUS*, *Plin.* A Sole esse, gegen der Sonnen ligen. 8. *Possessionem* innuunt. *Terent.* Ab Andria est ancilla, die Magd gehört der Frauen aus Andro zu. *Plaut.* Credo, te esse ab illo, ich glaub/ du seyest sein Knecht, Vid. *Parei L. C. p. 1.* 9. *Patriam* ostendunt. *Virg.* Pastor ab Amphryso, i. Amphrysius. *Agell. lib. 13. c. 5.* A Lesbo Theophrastus, i. Lesbius. 10. *Officio* exprimendo inserviunt. *Suet. Claud. c. 28.* A studiis, ab Epistolis, à rationibus. *Sic*, A manu, ein Schreiber. *Cic.* A pedibus, ein Lackey. Vid. *Gocl. in Obs. L. L. p. 77.* 11. Τῷ *PRÆ* æquipollent. *Agell.* Ab illo friget, er ist nichts gegen ihm. 12. Aliquando *CONTRA* significant. *Virg.* A frigore defendere, wider die Kält bewahren. *Cic.* A periculo defendere, vor Gefahr behüten. 13. Item *ANTE*. *Cic. Orat.* Proximus à postremo. Vid. *Gocl. Probl. Gr. l. 3. c. 43.* 14. *Genitivi* loco adhibentur. *Lucr.* Fulgor ab auro, i. e. auri. Ceres ab Jaccho, i. e. Jacchi. 15. *Adverbiis* quoque adduntur. *Vitruv. lib. 5. c. 7.* A peregrè. *Aggen. Urb. de Lim. Agr.* A foras. Notentur etiam seqq. locutiones. *Suet.* Non ab re fuerit, subtexere, es wäre nicht unbequem / hinzuzufügen. *Plaut.* Ab re consulere, übel rahten. *Id.* Ab re orare, vergebens bitten. *Cic. de Orat.* Abs se facere, i. ultrò, von sich selbst thun. *Plaut.* Ab se egredi, selbst herausgehen ungeheissen. *Cic.* Ab alio solvere, durch einen andern für sich zahlen lassen / einen anweisen. A matre pulli, *Colum.* neugeborne Hünlein. *Cic.* Ab aliquo facere, einem nützen. A summo bibere, auf der Reihe herumtrincken. *Cic.* A calce ad carceres, vom End bis zum Anfang. *Id.* A fronte & à tergo, von vornen und von hinten. *Hermog.* A remo ad tribunal, vom Esel aufs Pferd. *Plaut.* A cœlo ad terram percontari, alles genau forschen. A vertice

tice usque ad unguem, *Hier.* vom höchsten bis zum untersten. *Horat.* Ab ovo usque ad mala, vom Anfang der Mahlzeit bis zum End. *Apul. 3. Met.* A me scelus depellant cœlites! *Formula* sceva deprecandi, behüt GOTT.

Ăbactor, m. 3. ein Viehdieb / *Apul. 7. Met.*

Ăbactus, a, um, weggetrieben. *Liv. 4.* Abactæ prædæ hominum pecorumque, weggenommener Raub an Menschen und Vieh. *Virg. 8. Æn.* Nox abacta, i. exacta, vergangene Nacht. Magistratu abacti, vom Regiment abgesetzt / *Fest.*

Aggĕro, are, aufhäuffen. *Colum.* Terram circà aggerare. Figuratè pro *augere, aggravare* sumitur. *Virgil. 4. Æn.* Incenditque animum dictis, atque aggerat iras.

Aggĕro, gessi, gestum, gerere, zusam̃entragen. *Plaut. Truc.* Aggerere bona ad aliquem, einen reich machen. *Idem Cist.* Amarum ad satietatem usque aggerere. *Virg.* Aggeritur tumulo tellus.

* Aggĕrōsus, a, um, cumulosus, häuffig. *Cathol.*

* Aggestim, Adverb. zusammengeschütt. *Vulg. 2. Macc. 13.* Aggestim undique habens cineres.

Aggestus, a, um, zusammengetragen. *Martial.* Aggestâ contumulavit humo.

Aggestus, m. 4. Zusam̃enhäuffung. *Front.* Aggestus petrarum.

Agglŏmĕro, are, auf ein Kneuel winden / zusammenthun. *Virg.* Densi cuneis se quisque coactis Agglomerant.

Agglūtĭno, are, anleimen. *Cic. ad Att.* Illud desecabis, hoc agglutinabis. *Plin.* Agglutinare aurum, löten. *Translatè Plautus Aulul.* usus est: Mihi ad malum malæ res plurimæ se agglutinant, i. accumulantur.

Aggrăvātus, a, um, beschwert. *Suet. Aug.* Aggravatâ valetudine decumbere.

Aggrăvesco, gravescere, ärger werden. *Terent.* Metuo, ne morbus aggravescat. *Cicer.* Vulnus aggravescens.

Aggrăvo, are, beschweren / überladen. *Plin.* Odor, caput aggravans, dem Haubt beschwerlich. *Quint.* Argumenta, quæ nihil reum aggravare videntur.

Aggrĕdior, gressus sum, gredi, Depon. zu einem gehen. *Plaut. Curc.* Aggredior hominem: Saluto adveniens. *Terent.* Astutè aliquem aggredi.

gredi. *Virg.* Dictis aliquem aggredi, einen mit Worten anfahren. Interdum pro *Incipere*, an-
fahen/sumitur. *Cicer.* In omni negocio, prius-
quam aggrediare, adhibenda est præparatio.
Id. Aggredi ancipitem causam. *Id.* Ad injuri-
am faciendam aggredi. Vid. *Hadr. Card.* p. 110.
Interdum pro *Suscipere*. Sic *Hirt.* Opus ma-
gnum & difficile aggredi, sich etwas Schweres
unterstehen. Est, ubi pro *Invadere* ponitur, ut,
Urbem aggredi, stürmen/ anlauffen. *Plautus*
Trut. * *Aggrediri* pro *Aggredi* usus [illegible] * Passi-
vè, *Cic.* usurpat: Hoc restiterat, ut a te fictis
aggrederer donis.

AGGRĔGĀTUM, apud *Philosophos* quid, expo-
nit *Micral. in L. Ph.* p. 79.

AGGRĔGO, are, zusammensamlen. Cic. Naufra-
gos undique collectos aggregare. *Idem*: Ali-
quem in numerum suum aggregare. *Cæs.* Ad
amicitiam alterius sese aggregare, sich in eines
Freundschafft begeben. *Cic.* Voluntatem suam
ad alterius dignitatem aggregare.

AGGRESSIO, f. 3. Angriff/ das Anlauffen. *Cic.*
Translatè usus est *in Orat.* Animos primâ ag-
gressione occupare, i. primo impetu.

AGGRESSOR, m. 3. der einen Angriff thut. *Ulp.*
Latrones aggressoresque.

* **AGGRESSŪRA**, f. 1. Anfall. *Ulp.* Pati Aggres-
suram, angefallen werden. *Apul.* 7. *Met.* Ag-
gressuræ plena vindicta.

* **AGGRESSUS**, a, um, Passivè, der angefallen wird.

ĂGĬLIS, le, Adject. hurtig/ fertig. *Symmach.*
Malo unius agilem industriam, quàm decem
hominum negligentem vel tardam operam.

ĂGĬLĬTAS, f. 3. Behendigkeit. *Liv.* Navium a-
gilitas. *Plinius*: Lecythion agilitatis exerci-
tator.

ĂGĬLĬTER, Adv. behend. *Colum.* Vid. *Richter.*
in Adv. J. p. 33.

ĂGĪNA, f. 1. Waggericht. *Prov.* Media aginâ fer-
ri, *Erasm.* *Tertull.* Aginæ mediæ æquilibrato
impetu ferri. V. *Novarin.* T. 2. p. 378.

* **ĂGĬNĀTOR**, m. 3. *Festus*: Aginatores dicuntur,
qui parvo lucro moventur, die einen geringen
Gewinn nehmen.

* **ĂGĪNO**, are. *Gloss. L. G.* Aginat, [illegible],
[illegible]. Vid. *Reines. Scholia in Petr.*
pag. 90.

* **ĂGĬPĔDES**, teste *Festo*, qui in Senatu sedebant,

verùm sententiam non rogabantur, sed in a-
liorum sententias pedibus descendebant, Ja
herren.

ĂGĬTĀBĬLIS, le, Adj. das leichtlich kan bewegt
werden. *Ovid.* 1. *Met.* Agitabilis aër. *Prud.* In-
genium velox, agitabile, acutum.

ĂGĬTĀTIO, f. 3. Bewegung. *Cicer.* Agitatio
mentis. *Id.* Agitatio studiorum, Ubung der
Studien.

ĂGĬTĀTOR, m. 3. Fuhrmann. *Cicer.* Callidus
agitator. *Virg.* Agitator aselli, ein Eseltreiber.

ĂGĬTĀTUS, a, um, getrieben/ geübt. *Cic.* In-
juriis jactatus & agitatus, der viel Unrecht er-
litten.

ĂGĬTĀTUS, m. 4. Bewegung. *Macrob.* 2, 14.
Spontaneo ferri agitatu.

ĂGĬTE, wolan. *Virg.* Quare agite ô tectis, Juve-
nes, succedite nostris.

ĂGĬTĔDUM, wolan. *Liv.* Agitedum ite me-
cum. V. *Parei L. C.* p. 65.

ĂGĬTO, are, hin und wider treiben/ schütteln. *Cic.*
Agitare aves. *Id.* Agitare feras, jagen. Vid. *Pa-
rei L. C.* p. 64. *Juven. Sat.* 10. Pulmonem risu
agitare, i. assiduò ridere. Interdum idem,
quod *agere* vel *facere*. *Catull.* Sacra agitare.
Terent. Convivia agitare, Gasterey halten. *Vir-
gil.* Fugam agitare. *Tacit.* Latrocinia agitare,
rauben. *Pers.* Agitare jocos. *Cic.* Rem milita-
rem agitare, i. exercere vel tractare. Inter-
dum idem est, quod *vexare*. *Sil.* Furor agitat
milites. *Sallust.* phrasi, Agitare in tuguriis,
pro, *habitare*, *vivere*, usus est. Sæpè etiam
ad animum transfertur, & *cogitare* denotat.
Cic. Hoc unum agitare cœpit. *Terent.* Agitare
secum. Quandoque *animo* vel *mente* addi-
tur. *Liv.* Alicujus excidium animo cogitare,
auf eines Verderben gedencken. *Sallust.* Nunc,
quæ mente agitem, audite.

ĂGLĀĬA, ἀγλαΐα, *Dea* una Charitum.

ĂGLĀŎPHŌTIS, ἀγλαοφῶτις, Herba magica, de
qua *Plin.* l. 24. c. 17. Quidam, Gichtwurtz/
Pfingstros/ interpretantur.

AGMEN, n. 3. ein Schaar/ ein Hauf. *Servius* vult,
propriè de exercitu dici, de reliquis abusivè.
Virg. Agmen aquarum. *Id.* Aligerum agmen.
Liv. Agmen mulierum. *Virg.* Agmen ducere,
das Heer führen. Contrarium ejus, Agmen
claudere. Interdum etiam pro *ductu* poni-
tur.

tur. *Virg.* Leni fluit agmine Tibris. *Arnob.* Magni agminis coluber.

* AGMĬNĀLIS, le, Adj. zur Schaar gehörig. Equi agminales, qui agmen exercitus sequuntur ad vehenda impedimenta. *Budæus.*

AGMĬNĀTIM, Adv. hauffenweis. *Solin. c. 25.* Agminatim oberrare. *Apul. 4.* Pocula agminatim ingerere.

AGNĀ, f. 1. ein Lam. *Horat.* Agna nitida. Apud *Colum.* Agna etiam genus mensuræ in agrorum dimensione dicitur, ein kleine Meßrute.

* AGNĀLIA, Fest. *Ovid.*

AGNASCOR, agnatus sum, agnasci, Dep. angeboren werden. *Cic. 1. de Orat.* Constat, agnascendo rumpi testamentum. Hinc patet, *Agnasci* eos dici, qui nascuntur alicui, postquam testamentum fecerit. *Modestino JCto* dicitur *agnasci*, qui per adoptionem in alterius familiam venit.

AGNĀTI, m. 2. Freund vom Vatter her. *Prov.* apud *Varron. l. 1. de Re Rust. c. 7.* Ad agnatos & gentiles est deducendus; de furioso. Furiosi enim in potestate agnatorum erant, ex Lege XII. Tabularum. Confer *Cic. l. 2. de Invent.*

AGNĀTIO, f. 3. Freundschafft vom Vatter her. *Cic.*

AGNĀTUS, a, um, angewachsen. Agnatum dicitur, quicquid ultra naturæ debitum natum est. Hinc *Agnata membra* appellantur, quæ abundant, E. g. Uberbein / oder sechs Finger. *Plin. lib. 11. c. 52.*

AGNELLUS, m. 2. ein klein Lämlein. *Plaut. Asin.*

AGNĪLE, n. 3. Schafstall. *Gloss. Græco-Lat.* Ἀρνών, τόπος, Agnile.

AGNĪNUS, a, um, Adj. vom Lamm. Agnina caro, Lammsfleisch. *Prov. apud Plaut. Pseud.* Alligare carnem agninis lactibus, i. rem credere homini malæ fidei, übel verwahren. Vid. *Eras. Prov.* Sub agnino vellere lupinum animum gerere. Vid. *Novarin. A. E. T. 1. p. 241.*

AGNĬTĬO, f. 3. Erkantniß. *Cic.*

* AGNĬTĬONĀLIS, le, Adj. *Tertull. contra Valent.* Substantivalis, non Agnitionalis forma.

AGNĬTUS, a, um, erkand. Apud *Pacuvium* occurrit Agnotus, a, um. Agnota est soror.

AGNŌMEN, n. 3. Zunam. *Cic.*

AGNŌMENTUM, n. 2. idem. *Apul. Apolog.* Agnomentum alicui indere.

AGNOSCO, agnovi, agnitum, agnoscere, erkennen. *Ulp.* Agnoscere æs alienum, die Schulde gestehen. *Paulus JCtus:* Agnoscere debitum, vor einen Bürg werden. *Cic.* Auribus aliquid cognoscere, hören. *Plin.* Alienis oculis agnoscere, von andern / so es gesehen / wissen.

AGNUS, m. 2. ein Lamm. *Varro.* Formosos procreare agnos. *Id.* Subrumus agnus, so noch saugt. *Prov. Agnos canibus objicere,* i. imbellem exercitatis & calumniatoribus exponere. *Prov.* Quid faciant agni, si titubant arietes? *August. apud Novarin. 1. Adag. S. p. 21.* *It.* Vultus foris est agni, interiora Draconis, apud *Eund. p. 445.*

AGNUS vitex, Schafmüllen. *Matthiolus. p. 59.*

ĀGO, egi, actum, agere, thun / handeln. *Horat.* Quid agis, dulcissime, rerum? *Liv.* Magnâ contentione agere. *Virg.* Otia agere, i. otiari, faullentzen. *Liv.* Fugam agere, fliehen. *Plaut.* Nugas agere, i. nugari. *Liv.* Prædam agere, i. e. prædari. *Sen.* Censuram agere, i. e. exercere. Præter hanc significationem alias obtinet. Et 1. quidem idem est, quod *Accusare*, verklagen. *Cic.* Agere aliquem furti. *Id.* Agere injuriarum: ubi quidam *crimine* subaudiunt. 2. Idem est, quod *Admovere. Cæs.* Vineas, turres agere, fortschaffen. 3. Τῷ *Movere* respondet, ut, caudam agere, mit dem Schwantz wecheln. 4. Pro *Curare* ponitur. *Cic.* Cùm maximè fallunt, id agunt, ut viri boni esse videantur, sie befleissigen sich / &c. *Id.* Res alicujus agere, i. e. curare. 5. Idem notat, quod *Repræsentare, partes alicujus agere. Cic.* Civem agere. *Id.* Lenonem agere. *Plin.* Ex imperatore amicum agere. 6. Τῷ *Spargere* æquipollet. *Lucret.* Scintillas agere. *Ovid.* Contagia agere. 7. Pro *Vivere* usurpatur. *Tacit.* In bona spe agere. *Id.* Inter homines agere. *Id.* Homines, qui tum agebant, i. vivebant. 8. Pro *Observare* accipitur. *Cicer.* Diem festum agere, feyerlich begehen. 9 Idem, quod *Impellere. Liv.* In arma agere, in Harnisch jagen. *Id.* Mentem alicujus ad omne scelus & omnem libidinem agere. *Virg.* In fraudem agere, betriegen. 10. Idem, quod *Vexare, persequi. Horat.* Diris aliquem agere, einen verfluchen. Nota etiam *sequentes locutiones.* Hoc age, hab Acht. *Formula*, qua Præco in sacris attentionem imperare

rare solebat, teste *Plutarcho in Coriolano.* Agere, ferre. i. rapere, populari, sengen und brennen. *Translatè Tacitus* usus est: Principes in Cæsaris amicitia agunt feruntque cuncta, i. pro arbitrio agunt, quicquid volunt. *Cic.* Animam agere, in letzten Zügen ligen. *Terent. Eun.* Vide, quid agas; *Formula*, quâ admonemus eum, qui rem periculosam suscipit.

Ăgōga, f. 1. ἀγωγή, Wasserfurch. *Plin. l.* 33. *c.* 4. Fossæ in metallis ærariis sic dictæ.

* Agŏlum, n. 2. Hirtenstecken. *Fest.* Vid. *Voss. in Etymol.*

Ăgon, m. 3. ἀγών, Kampff. *Plin. Epist.* Gymnicus Agon celebratur.

Ăgonālia, orum, n. 3. *Festum* Rom. ita dictum, de quo *Ovid.* 1. *Fast.*

Ăgonālis, ale, Adj. *Ovid.* Janus agonali luce piandus erit.

Ăgōnes, m. 3. apud Rom. victimarii ita dicti. Eorum meminit *Luctatius*, *Statii* vetus Interpres.

Ăgōnistĭcus, a, um, ἀγωνιστικός. *Cyprian. de Exhort. Mart.* Agonistica corona.

* Ăgōnīzo, are, ἀγωνίζω, streiten. *Vulg. Sirac.* c. 4. 27.

Ăgōnŏthĕta, m. 1. ἀγωνοθέτης, der im Spiel den Gewinn austheilt. *Spartian. in Adriano.*

Ăgŏrānŏmus, m. 2. ἀγορανόμος, Baumeister / Marckherr. *Plaut. Capt.*

Agrammătus, ἀγράμματος, ungelehrt. *Vitruv. l.* 1. *c.* 1. Vid. *Parei L. C. p.* 66.

Agrăphon, n. 2. ἄγραφον, unbeschrieben.

Agrārĭus, a, um, zum Acker gehörig. *Cic.* Lex Agraria.

Agrestis, e, Adj. bäurisch / grob. *Sen.* Alumnus agrestis, ein Dörffling. *Virg.* Nymphæ agrestes, Feld-Nymphen. *Cic.* Arbor agrestis. *Translatè* idem, quod *Durus, asper.* *Cic.* Agrestis & durus animus. Interdum *substantivè* pro *rustico* ponitur. *Virg.* 9. *Æneid.* Agrestes armare collectos. *Ovid.* Tardi agrestes. *Agell. l.* 1. *c.* 2. Præ se uno cæteros omnes rudes & agrestes prædicare.

Agria, f. 1. ἀγρία, die Reude. *Cels.*

Agriăcantha, f. 1. ἀγριάκανθα.

Agrĭcŏla, m. 1. Ackermann / Bauer. *Cato de Re Rust. c.* 1. Bonus agricola, bonusque colonus. Ita laudabant Antiqui virum bonum, amplissimeque laudari existimabatur, qui ita laudabatur. *Cic.* Assiduus agricola, ein emsiger Bauer.

Agrĭcŏlāris, re, Adject. zum Ackerbau dienlich. *Palladius:* Agricolare opus.

* Agrĭcŏlātim, Adv. *Barth. ad Stat.* 6. *Theb.* Ciceroni tribuit.

Agrĭcŏlātio, f. 3. Ackerbau. *Colum.* Agricolatio frugalitatem requirit. Confer *Pincier in Otio l.* 2. *c.* 6.

* Agrĭcŏlor, ari, Dep. das Feld bauen. *Capitolin. in Alb.* Agricolandi peritissimus.

Agrĭcultor, ein Ackermann. *Liv.*

Agrĭcultūra, f. 1. Feldbau. *Cic.* 1. *de Off.* Nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil homine libero dignius.

Agrĭfŏlium, m. 2. Walddistel. *Matthiolus p.* 46.

Agrĭmensor, m. 3. Feldmesser. *Cassiod. l.* 4. *Var.*

Agrĭmōnia, f. 1. ἀγρεμώνη, Genserich. V. *Martin. in Etymol.*

Agrĭŏcardămum, n. 2. ἀγριοκάρδαμον, Herba sic dicta.

Agrĭŏnardum, n. 2. ἀγρία νάρδος, Baldrian.

Agrĭŏphyllum, n. 2. ἀγριόφυλλον, Haarstrang.

Agrĭŏsĕlinon, n. 2. ἀγριοσέλινον, genus Herbæ.

Agrĭpĕta, m. 1. der sich schreiben lässt in ein Coloniam. *Cic.* 1. *de N. D.*

Agrium nitrum, n. 2. νίτρον ἄγριον, species nitri. *Plin. l.* 31. *c.* 10.

Agrostis, ἄγρωστις. *Prov.* In Corydi intorta [i. nido.] Agrostis occultatur, i. non desunt nobis occulta præsidia adversus noxia, *Novarin. T.* 2. *p.* 365.

* Agrōsus, dives agri, der viel Aecker hat. *Varro l.* 4. *de L. L.* Agrosus homo & agricola.

* Agumentum, n. 2. farciminis genus. *Varro l.* 4. *de L. L.* & *Arnob. lib.* 3.

* Agnĭcŭla, f. 1. Vid. *Parei L. C. p.* 66.

Ăgyrtes, & Agyrta, m. 1. ἀγύρτης, ein Taschenspieler.

Ah, Interject. ach / ey / o weh. *Terent.* Ah me miseram. *Id.* Ah, ne sævi tantopere. Interdum geminatur. *Plaut. Most.* Ah ah morem mihi gere.

Aha, Interject. o ja freylich. *Plaut. Bacch.* Aha Bellerophontem tuus me fecit filius!

Ăhēnĕus, a, um, ehern. *Hor.* Hic murus aheneus esto. Nil conscire sibi, nullâ pallescere culpâ. *Agell. l. 16. c. ult.* Simulacra dico ahenea.

Ăhēnum, n. 2. ein Kessel. *Virg. 1. Æn.* Littore ahena locant alii. *Juvenal.* Ardens ahenum.

Ăhēnus, a, um, ehern / kupffern. *Virg.* Labrum ahenum. *Ovid.* Acus ahena, ein kupfferne Nadel. *Translatè Statius. 3. Theb.* Scopulos & ahena precando flectere corda paro.

Ahu, Interjectio. *Terent. Eun.* Ahu tace, obsecro.

Aio, ich sage / bejahe. *Terent.* Modò ait, modò negat. *Plaut.* Vel ai, vel nega. Ajunt, vel, ut ajunt, in *Proverbiis* adhibetur. *Terent.* Actum, ajunt, ne agas. Ain', percunctativum verbum est. *Terent.* Ain' tandem, civis Glycerium est?

Aiuga, Feldcypreß. *Scrib. Largus.* Vid. suprà *Abiga.*

Aius Locutius, *Deus* Romanis creditus, de quo *Cic. 2. de Divin.* Vid. *Elmenh. in Arnob. p. 22.*

Ăīzŏon, ἀείζωον, Herba sic dicta, Hauswurtz. *Plin. l. 25. c. 13.*

Ăla, f. 1. Flügel. *Claud.* Concutere alas, die Flügel schwingen. *Prov.* Alas alicui addere, pro, verbis alicui animum addere, & in bonam spem erigere, apud *Erasm.* Alæ etiam partem concavam subter brachium significant, die Achsel. *Plin.* Alarum vitia abolere. *Horat.* Cubat hircus in alis, die Achsel stincken nach dem Bock. In Herbis Ala dicitur cavus inter caulem & ramos anfractus, apud *Plin. l. 28. c. 18.* In re Militari Ala equitum idem, quod Ordo equitum, *Liv.* ein Geschwader Reuter. *Cicer.* Ala legionum. Præterea alæ remis tribuuntur, *Ovid. 5. Metam.* Atriis, *Vitruv. 6. c. 3.* Fulmini. *Virg. 6. Æneid.* Morti. *Horat. 2. serm.* Somno, *Sil. Ital. lib. 10.* Velis, *Virg. 3. Æn.* Ventis, *Ovid. 1. Met.* Sagittis, *Virg. 9. Æneid. &c.*

Ălăbandina, gemma. *Merbodeus de Lap. c. 21.*

Ălăbarches, ἀλαβάρχης, *Cic. ad Att. & Juven. Sat. 1.* Vid. *Voss. Etymol.*

Ălăbaster, m. 2. & Ălăbastrum, n. 2. ἀλάβαστρος & ἀλάβαστρον, ein Geschirr von Alabaster. *Cic. 2. Acad.* Quibus etiam alabaster plenus unguenti putere videtur. *Martial. l. 11.* Quod Cosmi redolent alabastra.

Ălăbastrinus, a, um, von Alabaster. *Biss. 1. Æstiv.* Non tanto nitent alabastrina pocula cultu.

Ălăbastrītes, m. 1. ἀλαβαστρίτης, ein glatter Marmelstein / *Plin. l. 36. c. 8.*

Ălabastrus, m. 2. Rosenknopff. *Plin. l. 22. c. 4.* Intumescens & in virides alabastros fastigiatus.

Alabrum, n. 2. ein Weife. In alabrum deducere, auf die Weif haspeln. *Cathol.*

Ălăcer, alacris, alacre. Item, hic & hæc alacris, & hoc alacre, hurtig / mutig. *Cic.* Alacrem animo esse. *Stat.* Alacris odio. *Cæs.* Alacer & promptus ad bella suscipienda. *Cic.* Alacris ad tutandam Remp. *Claudianus* de ense, & *Virg.* de silvis usurpat.

Ălăcre, Adv. frölich. *Plaut. Amph.* Compellemus alacrè.

* Alacrimonia, f. 1. alacritas, lætitia, velocitas, Hurtigkeit. *Cathol.*

Ălăcrĭtas, f. 3. Freudigkeit. *Cic. 2. de Divin.* Alacritate excitari ad canendum. *Idem 2. de N.D.* Canum alacritas in venando. *Id. ad Att.* Alacritatem scribendi alicui addere, einen auffmuntern zum schreiben.

Ălăcrĭter, Adv. hurtig / frölich. *Plin.* Alacriter defendere. Vide *Richter. in Adv. Jur. pag. 33.*

Ălăpa, f. 1. ein Maulschelle. *Tertull.* Alaparum contumeliis objicere.

* Ălăpātor, m. 3. der Maulschellen austheilt. *Gloss. Lat. Gr.* Alapator, καυχητής.

* Ălăpo, are, ein Backenstreich geben. *Gloss. Græc. Lat.* ῥαπίζω, expalmo, alapo.

Ălāris, are, Adj. *Liv.* Cohortes alares, Flügel an der Schlachtordnung.

Ălārius, idem. *Liv.* Alarii equites. Vide *Parei L. C. p. 68.*

Alarum, genus herbæ, *Isid. p. 1253.*

Ălastor, m. 3. ἀλάστωρ, ein böser Geist. Item: ein verteufelter Mensch.

Alaternus, f. 2. ein Art Baum. *Plin. l. 16. c. 26. Tabernæm. p. 1456.*

Ălātus,

ALATUS, a, um, geflügelt. *Virg. 4. Æn.* Alatis tetigit magalia plantis.

ALAUDA, f. 1. ein Lerch. *Bruyerin. de Re Cib. l. 15. c. 43. Proverb.* Si cœlum rueret, omnes caperentur alaudæ. *Novar. T. 2. p. 329.*

ALAUSA, f. 1. ein loser geringer Fisch. Vid. *Bruyerinus de Re Cib. l. 22. c. 19.*

* ALAZŌNIA, f. 1. ἀλαζονεία, Hoffart. *Ulp.*

ALBĀRIUM, n. 2. Weisse. *Plin. l. 35. c. 6.* Tectoriorum albaria.

ALBĀRIUS, a, um. *Plin.* Albarium opus. *Vulg. Matth. 23, 27.* Sepulcra operis albarii. *Tertull. de Idol.* Albarius tector, ein Tüncher. Confer *Cod. Theod. l. 13. c. 4.*

ALBA SPINA, f. 1. weiß Distel.

ALBĀTUS, a, um, weiß gekleidet. Veteres albati dies festos celebrabant. *Hor. 2. Serm. 2.*

* ALBĒDO, f. 3. Weisse. Hanc vocem quidam rejiciunt. Usus tamen ea est *Sev. Sulpicius l. 1. Hist. sacr.* Species glaciali albedine erat. Vid. *Voss. de Vit. Lat. Ling. l. 1. c. 16.*

* ALBEGMINA, partes extorum, quæ Diis immolabantur, *Fest.* Alii tamen legunt, *Ablegmina*, de quibus supra.

* ALBELLO, albeliunculus, tegmen capitis. *Schol. Juvenal.* apud *Voss. loc. cit.*

ALBEO, albui, albēre, weiß seyn. *Virg. 12. Æn.* Campi ossibus albent. *Plin. Paneg.* Albentes equi. *Quint.* Albente coelo.

ALBESCO, albescere, weiß werden. *Virg. 4. Æn.* Ut primum albescere lucem vidit, da sie gesehen / daß es taget. *Ovid. 5. Fast.* Messis maturis albescit aristis.

* ALBICERATA, ficus, eine gewisse Art einer Feigen. *Plin. l. 15. c. 18.*

ALBĪCASSO, *Cn. Mattius* ap. *Agell. l. 15. c. 25.* Jamjam albicassit Phoebus. *Alii* albicascit legunt.

ALBĪCO, are, weiß gläntzen. *Plin. l. 27. c. 5.* Ex nigro albicare incipit. *Hor.* Prata canis albicant pruinis. * Albicor, Dep. *Varro:* Rivus offensus à scopulo albicatur.

ALBICOMUS, a, um, weiß. *Fortunat.* Albicomi flores.

ALBĪDUS, a, um, ein wenig weiß. *Plin. Epist.* Color, cœruleo albidior. *Prud.* Color albidus inficit ora.

* ALBĪTŪDO, f. 3. Weisse. *Plaut.* Capitis albitudo.

* ALBO, are, weiß machen. *Priscian. in Perieges:* Hoc fuscat niveas, hoc albat gurgite nigras.

* ALBŎGĀLERUS, m. 2. ein Bischofshut. *Fest.* Vid. *Rubenius l. 2. Elect. c. 25.*

* ALBOR, m. 3. Weisse. *Varro:* Qui vident, alborem ejus admirantur. *Scribon. Larg.* Albor ovi.

ALBŪCUM, n. 2. Goldwurtz. *Plin. l. 21. c. 17.*

ALBUELIS, f. 3. ein Art Weintrauben. *Plin. lib. 14. c. 2.*

ALBŪGO, f. 3. das Weiß im Aug. *Item*, das Weiß am Ey. *It.* Cicatrix, ulceri inducta. *Castell. in L. Med. p. 15.*

ALBŪLUS, a, um, ein wenig weiß. *Catull. Epigramm. 27.*

ALBUM, n. 2. ein weisse Tafel/Register. *Tac.* Albo Senatorio eradere aliquem. *Prov.* Sermonem in aliquem, tanquam in album, dirigere. *Novarin. Adag. T. 1. p. 40.* Album prætoris, das Gerichtbuch. *Liv.* In album referre. Interdum pro *Albore* ponitur. *Virg.* Maculis insignis & albo. *Cels.* Album oculi. *Id.* Album ovi, Eyerweiß.

ALBŪMEN, n. 3. Eyerweiß. *Plin. lib. 28. Item,* Albumentum. *Veget. l. 2. de re Veter. c. 57.* Ovi albumentum.

ALBUNEA, f. 1. DEA, ap. Rom. *Lact. l. 1. c. 6.* A *Tibullo* vocatur Albuna.

ALBURNUM, n. 2. das Weiß an den Eichen bey der Rinde. *Plin. l. 16. c. 38.* Hinc, Exalburnare; de quo suo loco.

ALBURNUS, m. 2. ein Weißfisch. *Ausonius in Mosella. Vossius* putat, Germanicè dici Blik.

ALBUS, a, um, weiß. *Plaut. Capt.* Albo corpore & oculis nigris. *Prov.* Alba avis; de re rara & inusitata. *Cic. Epist.* Quasi albam avem videntur bene sentientem civem videre. *Plin. Jun.* Album calculum alicujus errori adjicere, billichen. *Juv.* Albæ gallinæ filius, i. felix. *Cicero Philipp. 2.* Albus aterve fueris, ignorat; de homine ignoto. *Festus:* Album & nigrum novit, i. novit, quod nemo indoctus ignorat. Vid. *Gocl. in Obs. L. L. p. 97. Sarisb. 8.* Omnia majorum alba sunt & decora, nihil in eis est, quod canino morsui pateat. *Hor.* Pinguis vitiis albusque. *Sulpitia:* Ingluvie albus, i. voluptate diffluens. Albus, *i. bonus. Mendosa in Viridario pag. 748.* It. *Clarus.* Ut, Alba

 dicta.

dicta. *Senec.* Albæ sententiæ. *Novarin. T. 2. Adag. pag. 598.*

ALCÆA, f. 1. ἀλκαία, Löwenwadel. *Plin. lib. 8. cap. 16. It.* Herba, Sigmarswurtz. *Tabernam. pag. 1155.*

ALCĒDO, f. 3. ein Eisvogel. *Plaut. Pœn.* Tam tranquilla, quàm mare est olim, quum alcedo pullos educit suos. Hinc *Alcedonia*, orum, n. 2. Tag im Winter/wenn die Eisvögel brüten. *Plaut. Casin.* Tranquillum est, Alcedonia sunt circa forum.

ALCES, f. 3. ein Elend / genus Animalis ita dictum. *Cæs. l. 6. de B. Gall.* Prolixé de Alce agit *Casp. Schottus l. 8. Phys. Curios. c. 1.*

ALCHIMILLA, Sinnau. *Tabern. p. 248.*

ALCHYMIA, f. 1. χυμεία, Alchimisterey. *Firmicus l. 3. c. 15.* Vid. *Voss. in Etymol.*

ALCĬBIĂDIUM, n. 2. ἀλκιβιάδιον, species Anchusæ, wild Ochsenzung.

ALCYON, ἀλκυών, Eisvogel.

ALCYŎNIUM, n. 2. ἀλκυόνιον, Meerballen/Meerschaum. *Plin. lib. 32. c. 8. Tabernamont. p. 1523.*

ĀLEA, f. 1. allerley Wagspiel. Ludus alearum, Würffelspiel. *Plato,* Vitam humanam alearum ludo similem esse, affirmat, teste *Plutarcho. A. gell. lib. 18. c. 13.* Aleâ lusitare. Interdum pro *Fortuna* ponitur. *Liv.* Aleam certaminis cernens. Interdum pro *Periculo. Cicer.* Extra omnem aleam ingenii positus: de eo, cui non est periculum, ut aliquis ejus ingenio præferatur. *Senec.* Aleam adire, sich in Gefahr begeben. *Pomponius JCtus:* Aleam emere, i. incertum rerum eventum, quod fit, cùm captus piscium vel avium vel missilium emitur. *Suet. Cæs.* Alea jacta est, es ist gewagt. *Varro:* Aleam sequi, i. eventus ancipitis expectationem. *Liv.* Ire in dubiam servitii imperiique aleam.

*ĀLEĀRIUM, n. 2. locus, ubi luditur. *Cathol.*

ĀLEĀTOR, m. 3. ein Spitzbub. *Cic.* Domus, aleatoribus referta.

ĀLEĀTŎRIUS, a, um, spielerisch. *Suet. August. c. 71.* Forum aleatorium calfacere. *Agell. lib. 18. c. 13.* Ritus aleatorius. *Ammian. lib. 28. c. 22.* Aleatoria amicitia. *Sidon. l. 2. Epist. 9.* Aleatoriæ voces.

*ALEBRIA, bene alentia. *Fest. Gloss.* Alebrius, εὔτροφος, τρεπτὸς, τροφιὼν.

ALEC. Vid. *Halec.*

ALECTO, f. 3. ἀληκτώ, ein Plagteufel. *Virg.*

ĀLECTŎRIA, f. 1. ἀλεκτορία, Capaunenstein. *Solin.*

ĀLECTŎRIUS, gemma. *Marbod. cap. 3.*

ĀLECTŎRŎLŎPHUS, f. 2. ἀλεκτορόλοφος, Scharlach / genus herbæ. *Plin. l. 27. c. 5.*

*ALEMBICUM, n. 2. Brennkolb. Vid. *Martin. in Etymolog. Reines. in Var. pag. 668.* habet Alembicus.

ALEMONA, f. 1. *Dea. Tertull. de Anima.*

ĀLEO, m. 3. Spitzbub. *Tertull. de Monog.* Fures, Aleones, Lenones.

ĀLEŎLA, parva alea. *Cathol.*

*ĀLEOR, ari, Depon. mit Würffeln spielen. *Scalig. P.* Græcantur, aleantur, obbovinantur.

ĀLES, c. 3. Vogel. Genit. pl. *Alituum* apud *Virgil. & alios* occurrit. *Ovidius:* Cristatus ales, f. gallus. Mala ales, *Horat.* i. e. infelix, inauspicata. *Id.* Secundâ alite quid facere, i. prospero auspicio. Ponitur interdum pro *Veloci*, schnell. *Sil.* Alite vectus equo. *Virg.* Auster ales. *Seneca in Med.* Currus ales. *Ovid.* Passu volat alite virgo. Plumbum ales, pro glande plumbea, *Sil. lib. 3.*

*ĀLESCO, ere, wachsen. *Varro lib. 1. de Re Rust.* In fundo alescere. *Id. l. 2.* Alescendo roborari. *Lucr. 2.* Alescendi cacumen tangere. *Pincier in Otio l. 3. c. 57.*

*ĀLĒTŪDO, f. 3. Feiste. *Fest.* Vid. *Alitudo.*

ĀLEURON, n. 2. ἄλευρον, weitzen Meel.

ĀLEX, alecis, f. 3. genus liquaminis, eine gesaltzene Fischbrü. *Plin. l. 31. c. 8.*

ĀLEXĬPHARMĂCUM, n. 2. ἀλεξιφάρμακον, Theriack / Artzney vor Gifft. *Plin. l. 21. c. 20.*

ALGA, f. 1. Wasserkraut. *Horat. 2. Serm.* Et genus & virtus, nisi cum re, vilior algâ est.

*ALGEBRA, f. 1. Algebra. *Casp. Schott. in Cursu Mathem. p. 526.*

*ALGENSIS, se, Adject. das sich vom Meergras nehrt. *Plin. l. 9. c. 27.* Algenses purpuræ, quæ in alga enutriuntur.

ALGEO, alsi, algére, frieren / kalt seyn. *Juvenal.* Probitas laudatur & alget.

*ALGESCO, scere, frieren. *Prud.* Comprimit, & rabiem flammarum algescere cogit. *Fulg. 3. Myth.* Omnis caloratæ juventutis igniculus tepidæ veternositatis algescit in senio.

ALGI-

Algidus, a, um, kalt. *Catull.* Nix algida.

* Algificus, a, um, das da Kält bringt. *Agell. lib. 19. cap. 4.* Quòd timor sit omnibus algificus.

Algor, m. 3. Kält. *Sallust.* Corpus, algoris patiens. *Solinus:* Glaciali algore inhorrescere.

Algōsus, a, um, da viel Meergras ist. *Plin. L. 32. c. 9.* Vivere in algosis, sc. locis. *Auson. Epist. 7.* Legitur algoso littore. Confer *Sidon. lib. 2. Epist. 2.*

* Algus, m. 2. & n. 4. *Plaut.* Perire algu. *Id.* Algum, famem. *Lucret.* * Algo in Ablat. usurpat *lib. 3.* Solicitæ volitant morbis algoque fameque. Vid. *Stephanius in Saxon. pag. 53.*

Ălias, Adv. Temporis, andersmal. *Cic.* Plura scribemus aliàs. Interdum idem, quod *Alioqui*, sonsten. *Plin.* Crocodilus, animal terrestre, aliàs terribile. Est, ubi geminatum, triplicatum occurrat, & tunc *interdum*, bisweilen/ significat. *Cic.* Ornamentis uti, aliàs contentius, aliàs submissius. Nonnunquam cum *interdum* conjungitur. *Cic.* Geminatio verborum habet interdum vim, leporem aliàs. V. *Richt. in Adv. Jur. p. 34.*

Ălibi, anderswo. *Terent.* Habebam alibi animum, ich dacht anderswohin.

* Ălĭbĭlis, le, Adj. das da sehr nehrt. *Varro 2. de Re Rust.* Lac omnium rerum, quas cibi causâ capimus, liquentium maximè alibile.

Ălĭca, f. 1. Spellentranck/ Potionis genus. *Bruyerinus de Re Cib. L. 5. 6. 12.*

* Ălĭcāriæ, f. pl. 1. Huren. *Plaut. Pœnul.* Pistorum amicæ, alicariæ. V. *Reines. ad Petron. Fr. Trag. pag. 112.* Apud *Lucil.* Alicarius quoque occurrit: Nemo est alicariu' posterior te.

Alicastrum, n. 2. was von Graupen gemacht wird. *Colum. l. 2. c. 6.*

Ălĭcŭbi, irgendwo. *Cic.* Consistere alicubi. Alicubi esse, *Micrel. in L. Ph. p. 87.*

Ălĭcŭla, f. 1. *Vossius* ait, esse potionis genus. Est etiam genus vestimenti, *Ulpian.* Vid. *Scheff. in Not. ad Petron. p. 83.*

Ălĭcunde, anderswoher. *Terent.* Venit meditatus alicunde. *Plaut.* Alicunde exora mutuum, i. ab alio aliquo. *Cic.* Procul alicunde quærere, von weitem her.

* Ălid, pro, Aliud *Vet.* dicebant. *Lucr. 1.* Quando alid ex alio reficit natura. V. *Laurenb. p. 20.*

Ălĭēnātio, f. 3. Entfremdung. *Cicer. de Orat.* Sacrorum alienatio. *Plin.* Alienatio mentis, Wahnsinnigkeit.

Ălĭēnātus, a, um, entfremdt. *Plin.* Alienatus mente, wahnwitzig. *Suet. Aug.* Alienatæ mentis signum ostendere. *Liv.* Alienatus sensibus. *Id.* Animus ad libidinem alienatus, der zur Wollust verleitet ist.

Ălĭēnĭgĕna, c. 1. vel potius, juxta *Probum*, omnis generis, ausländisch. *Agell. l. 2. cap. 24.* Vino non alienigena, sed patrio uti. *Val. M. lib. 6.* Alienigena justitia, i. justitia externorum.

Ălĭēnĭgĕnus, a, um, Adj. *Colum.* Alienigeni pisces. *Lucr.* Alienigena ligna. *Val. M.* Studia alienigena.

Ălĭēno, are, entfremden. *Cic.* Vendere atque alienare. *Id.* Alienare vectigalia. *Id.* Bonos à se alienare, sich ihm gehässig machen. *Cas.* Voluntatem ab aliquo alienare. *Cic. ad Att.* Dicendis sententiis aliquem alienare. *Plin.* Mente alienari, wahnsinnig werden. *Cels. l. 7. c. 16.* Momento alienari, i. corrumpi.

Ălĭēnus, a, um, fremd/ eines andern. *Proverb.* De alieno liberalis. *Terentius:* Alieno more vivere. *Plin.* Ex alieno orbe petere. Alienus idem, quod *Inimicus, adversus. Cels.* Equitare podagricis alienum est. *Id.* Cibi, stomacho alieni. *Cic.* Alieno animo esse ab aliquo. Vid. *Gocl. in Observ. L. L. p. 88.* Quandoque idem, quod *Absurdus. Ovid.* Aliena loqui, ungereimte Sachen vorbringen. *Cas.* Non alienum videtur, proponere, &c. Aut *Inconveniens.* Ut *Plaut.* Alienum ingenio suo. *Sallust.* Alienum suis rationibus existimans. *Seneca:* Alienum fortunæ suæ vultum gerere. Aut *Expers. Sall.* Aliena consilii domus. *Cicer.* Alienus à literis, nicht gelehrt. *Id. de Finibus:* Epicurus in Physicis, quibus maximè gloriatur, totus est alienus. *Tertull.* Res aliena salutis. *Id.* Æternitatis aliena. V. *Parei L. C. p. 71.* [Construitur cum Genitivo, Dativo, & Ablativo.]

Ălĭfer, Adj. geflügelt. *Ovid. 4. Fast.* Alifero tollitur axe Ceres.

Ălĭger, Adj. geflügelt. *Stat.* Aliger Arcas, i.

Mercurius. *Plin.* Aligeri serpentes. *Sen.* Genus aligerum, i. aves.

*ĀLĬMEN, n. 3. i. Alimentum. *Cathol.*

ĀLĬMENTĀRIUS, a, um, was zur Nahrung dient. *Ammian. l. 20. c. 22.* Res alimentaria. *Cælius ad Cic.* Lex alimentaria. Qui Alimentarii pueri & puellæ, docet *Rubenius l. 2. Elect. cap. 36.* Alimentarii, quibus alimenta legata sunt, ap. *JCtos.*

ĀLĬMENTUM, n. 2. Nahrung / Unterhaltung. *Tac.* Alimenta arcu expedire, sich mit Schiessen ernehren. *Quintil.* Alimenta reponere in hiemem.

*ĀLĬMŌNIA, f. 1. Nahrung. *Agell. l. 17. c. 15.* Naturalis alimoniæ fundamentum.

*ĀLĬMŌNIUM, n. 2. Nahrung. *Varro l. 1. de Re Rust. c. 8. Arnob. l. 5.* Temperatus ab alimonio panis.

ĀLĬMUS, m. 2. Frutex, Meergewächs. [*Quidam* scribunt *Halimus.*] *Matthiolus p. 45.*

ĀLĬO, Adv. anderswohin. *Terent.* Aliò animum conferre, auf was anders dencken. *Cicer.* Aliò sermonem transferre, zu einer andern Materi schreiten.

ĀLĬŌQUI, vel ĀLĬŌQUIN, sonst / ohne das. *Cic. 2. de Leg.* Credo, minimam olim sepulcrorum fuisse cupiditatem; alioquin multa extarent ampla majorum. *Goclen. in Problem. Gramm. l. 2. c. 84.*

ĀLĬORSUM, Adv. *Plaut.* Aliorsum ire, anderswohin gehen. *Terent.* Vereor, ne illud gravius Phædria tulerit: neve aliorsum, atque ego feci, acceperit.

ĀLĬŌVERSUM, & ĀLĬŌVERSUS, Adv. *Plaut. Asin.* Alioversum dixeram, ich habs auf eine andere Meinung gesagt. *Lactant.* Alioversus aliquid interpretari, anders auslegen.

ĀLĬPÆNÆ, Pflaster ohne Fett. *Cels. l. 5. c. 19.*

ĀLĬPES, der Flügel an Füssen hat. *Ovid.* Deus alipes, i. Mercurius. Ponitur etiam pro *Veloci.* *Lucret.* Alipedes cervi. *Sil.* Currus alipes. *Virg.* Equi alipedes.

*ĀLĬPĬLUS, m. 2. Bader / so die Haar unter den Armen wegnimmt. *Senec. Epist. 57.* In *Glossis* legitur *Alipilarius*, δρωπακιστής.

ĀLIPTĒRIUM, n. 2. ἀλειπτήριον, Ort in der Badstub / da man sich salbt.

ĀLIPTES, m. 1 ἀλείπτης, der einen salbt. *Cic.* Ut aliptæ, virium & coloris rationem habere. *Juvenal. Sat. 3.* Grammaticus, rhetor, geometra, pictor, aliptes.

ĀLĬQUA, Adv. etwan durch. *Cic. 3. Verr.* Evolare aliquà. *Liv.* Evadere aliquà. Interdum idem, quod *aliquo modo. Terent.* Vereor, ne uxor aliquà hoc rescíscat mea. *Virgil. 3. Ecl.* Et, si non aliquà nocuisses, mortuus esses.

ĀLĬQUAMMULTI, ein grosse Zahl. *Cic.* Sunt vestrûm, Judices, aliquammulti.

ĀLĬQUANDIU, etwas lang. *Cicer.* Aristippum audivit aliquandiu.

ĀLĬQUANDO, mit der Zeit. *Cic.* Miseremini aliquando sociorum, Judices. Idem, quod *Tandem*, dermaleins. *Petron.* Collegi me aliquando. Unde interdum cum *tandem* conjungitur. *Cic.* Tandem aliquando Quirites. Quandoque τῷ *interdum* æquipollet, bisweilen. *Cic.* Liceret dicere, honestatem aliquando cum utilitate pugnare. Interdum sumitur de *tempore præterito*, vordessen. *Cic. pro Cluent.* Bestiæ, fame dominante, plerumque ad eum locum, ubi pastæ aliquando sunt, revertuntur.

ĀLĬQUANTILLUM, gar wenig. *Plaut. Capt.* Foris aliquantillum etiam, quod gusto, id beat.

ĀLĬQUANTISPER, ein klein wenig. *Plaut. Pseud.* Aliquantisper concedere hinc mihi intrò lubet.

ĀLĬQUANTO, ein wenig. *Cic.* Aliquanto amplius, quàm ferre potest. *Plin.* Folio aliquanto latiore. Aliquanto antè, ein wenig zuvor / *Cic.* Aliquanto pòst, *Id.* ein wenig hernach.

ĀLĬQUANTŬLUM, fast wenig. *Cic.* Aliquantulum æris alieni. *Terent.* Subtristis visus est esse aliquantulum. *Cic.* Aliquantulum de spatio deflectere.

ĀLĬQUANTUM, etlichermassen. *Plaut.* Credo, timida es aliquantum soror. *Cic.* Aliquantum labefactatus. *Terent.* Aliquantum ad rem avidior, etwas geitzig. *Cic.* Procedere aliquantum ad virtutis aditum.

*ĀLĬQUANTUS, a, um, etwas. *Sall.* Timor aliquantus, sed spes amplior. *Cic.* Aliquantum agri in medio relictum est. *Veget.* Aliquanta ab avibus, aliquanta à piscibus significantur. In aliquantum, *Gronovius in Obs. Eccles. p. 274.*

ALI-

ALIQUATENUS, etwas ferner. *Quint.* Philistus ut multo infirmior Thucydide, ita aliquatenus lucidior. *Colum.* Vitis aliquatenus se confirmavit.

ALIQUI, pro aliquis. *Pareus in L.C. p. 73.*

ALIQUIS, aliqua, aliquod & aliquid, etwan einer. *Terent.* Aperite aliquis actutum ostium. *Cic.* Aliquis de familia. *Plin.* Aliquis ex privatis. *Cic. ad Att.* Aliquis meorum. *Idem pro Cluent.* Unum aliquem nominare, etwan einen nennen. Aliquem esse, pro, *existimatione aliquâ praeditum esse. Cic. ad Att.* Fac, ut me velis esse aliquem: quoniam, qui fui, & qui esse potui, jam esse non possum. *Plaut.* Aliquid pugnæ edere. *Cic.* Aliquid magnum petere ab aliquo. *Ovid.* Est aliquid, nupsisse Jovi, *i. contemni non debet. Plin.* Aliquid fessus, id est, *aliquantum fessus.* Aliquid esse, ein Ansehen haben. *Cic. in Verr.* Ut tum aliquid esse videar. Aliquid totum, & aliquod totum, differunt, juxta *Goclen. in Probl. Gr. l. 3. c. 42.*

ALIQUISPIAM, aliquapiam, aliquodpiam, etwan einer.

ALIQUO, etwanhin. *Terent.* Aliquò profugere. *Id.* In angulum aliquò abire.

ALIQUOMULTUM, ziemlich. *Apul. Apol.* Hæc aliquomultum à me remota est.

ALIQUORSUM, etwanhin an einem Ort.

ALIQUOT, plur. Indeclinabile, etliche. *Cic.* Aliquot anni sunt, cùm, &c. Aliquot mille, improbat *Goclenius in Lex. Phil. Gr. p. 286.*

ALIQUOTFARIAM, etlicher Weise oder Weg. *Varro l. 1. de Re Rust. c. 2.*

ALIQUOTIES, etlichmal. *Cic.* Aliquoties ad socios literas miserat.

ALIQUOUSQUE, etwan bis an einem Ort.

*ALIS, pro *Alius*, ein anderer. *Catull.* Quod non fortior aut sit alis.

ALITER, anderst. *Plaut.* Aliter catuli longè olent, aliter sues. *Plin.* Aliteratque aliter erumpit, i. variis modis. Interdum idem, quod *Alioqui. Cic.* Negligendi non sunt, sed alio quodam modo colendi. Aliter enim amicitiæ stabiles permanere non possunt. Aliter ac, pro *aliter quàm. Cicer.* Aliter de illis, ac de nobis, judicamus. *Id.* Hic loquebatur aliter, atque omnes. Vid. *Hadrian. Card. de Lat. serm. p. 57.* item *Richter. in A. J. p. 37.*

*ALITUDO, f. 3. Nahrung. *Gloss. Græco-Latin.* Τροφὴ, cibus, alitudo. Vid. *Altudo.*

*ALITURA, f. 1. Ernehrung. *Agell. l. 12. c. 1.* Fera & sæva alitura.

*ALITUS, m. 4. Nahrung / Unterhaltung. *Donat. in Vit. Virgil.* Parentibus quotannis aurum ad abundantem alitum mittere.

ALIUBI, anderswo. *Plin. l. 9. c. 54.* Aquatilia genera alibi atque alibi meliora, an einem Ort sind sie besser / als an einem andern. Confer *Eund. l. 11. c. 14.*

ALIUNDE, von ein andern Ort her. *Plin.* Aliunde allatus. *Cic.* Aliunde pendere, i. ab alio, von einem andern seine Hoffnung haben.

ALIUS, a, ud, ein anderer. In Genit. habet *aliùs*, in Dativo *alii*, per omnia genera. [Veteres tamen in Genitivo fœm. * *alii & aliæ* dixére. *Cæcil.* Nullius alii rei, nisi amicitiæ eorum causâ. *Cic. 2. de Divin.* Si eadem hora aliæ pecudis jecur nitidum atque plenum est, aliæ horridum & exile.] Alius alium, cum singulari & plurali construitur. *Plaut. Stich.* Alius alium percontamur, einer fragt den andern. *Quintil.* Præstat ingenio alius alium. *Liv. lib. 1.* Alius alia viâ civitatem auxerunt. *Cicer.* Alius atque alius, i. *multus & diversus. Id.* Me quotidie aliud ex alio impedit, ich werde ohne Unterlaß verhindert. *Id.* Aliud in alio peccare, i. subindè peccare. *Liv.* Alia super alia impiè nefarieque ausus es. *Sall.* Alia omnia fingere. Vid. *Parei L. C. p. 70. Terent.* Alias res agere, nicht Acht haben. *Gocl. in Obs. L. L. p. 91. Sall.* Aliud stans, aliud sedens de Rep. sentit. *Mela:* Alius virtutum, i. alienus à virtutibus. Sic *Horat. 2. Serm. 3.* dixit species alias veri, i. à veritate alienas. Alius ac, vel atque, pro, alius quàm. *Hadrian. Card. p. 50. 51.* Aliud cura, *Formula*, de qua *Meurs. part. 1. Exerc. Crit. p. 164.*

ALIUSMODI, auf eine andere Weis. *Cas.* Uno excepto, quem aliusmodi atque omnis natura finxit.

*ALIUTA, i. Aliter, anderst. In *Legibus Numæ Pompil.* SI QUIS ALIUTA FAXIT, IPSOS JOVI SACER ESTO, apud *Fest.*

ALLABOR, lapsus sum, allabi, Dep. hinzufallen. *Senec. Hipp.* Allapsus genibus, zu Fuß fallend.

lend. *Liv.* Angues ex occulto allapsi. De classe *Virgil. 6. Æn.* Cumarum allabitur oris.

ALLĂBŌRO, are, sich bearbeiten. *Horat.* Ore allaborandum est.

*ALLACTO, are, seugen. *Marcell. Emp. c. 8.* Mulier, quæ puerum allactat.

ALLÆVO, are, ebnen / glätten. *Col. lib. 4. c. 25.*

ALLAMBO, ere, anlecken. *Quint. in Declam.* Flammæ allambentes.

ALLAPSUS, m. 4. das Hinbeyfallen. *Hor.* Serpentium allapsus timere.

ALLASSON, o. 3. ἀλλάσσων, i. versicolor, scheckét. *Vopiscus.* Allassontes calices. V. *Salm. in H. A. p. 456.*

ALLATRĀTOR, m. 3. der da anbellt. *Scalig. P.*

ALLATRO, are, anbellen. *Prov.* Ferocius cane Epirotico allatrare. *Novarin. Adag. T. 1. pag. 48. Plin. l. 4. c. 5.* Peloponnensem oram tot maria allatrant, i. cum sonitu undique alluunt. *Liv.* Alicujus magnitudinem allatrare, i. per invidiam criminari. *Sil.* Victorem invidia allatrat.

ALLĀTUS, a, um, hinzugebracht. *Cic.* Allatus nuncius.

ALLAUDO, are, sehr loben. *Plaut. Merc.* Alicujus ingenium allaudare.

ALLECTĀTIO, f. 3. das Anlocken. *Quintil. l. 1. c. 10.* Nutricum allectatio.

ALLECTIO, f. 3. *Capitol. in Anton.* Hispaniis exhaustis Italica allectione consuluit.

ALLECTO, are, zu sich locken. *Colum. lib. 2.* Sibilo allectari.

ALLECTOR, m. 3. Anlocker. *Colum. l. 8. c. 10. Pincier in Otio l. 2. c. 9.*

ALLECTUS, a, um, [ab allicio] angereitzt. *Quint.* Consuetudine peccandi allectus. Ab *allego* etiam *allectus* formatur, in die Gesellschafft aufgenommen.

*ALLĒGĀMEN, n. 3. *Guil. Brito. lib. 2.* At comes hæc contra dabat allegamina regi.

ALLĒGĀTIO, f. 3. Werbung durch andere Leut. *Cic. 3. in Verr.* Legationem allegationibus expugnare, i. amicorum intercessionibus. *It.* Excusatio, Entschuldigung. *JCt.* Falsis allegationibus se à tutela excusare.

ALLĒGĀTUS, m. 4. *Plaut. Trin.* Allegatu meo.

ALLĒGO, are, zu einem schicken. *Cic. 3. Verr.* Petit à me Rabonius, & amicos allegat: facilè impetrat. Vid. *Hadrian. Card. p. 78. &c.* Allegare idem, quod *Afferre, adducere. Plin.* Multa allegavit, quæ ad rem propositam pertinere minimè videbantur. *Apul. Apol.* Tacitas in templo preces Diis allegare.

ALLĔGO, legi, lectum, legere, in die Gesellschafft nehmen. *Suet.* Civitate donatum in decurias allegere. *Plin. Epist.* Inter prætorios allegere.

ALLĒGŎRIA, f. 1. ἀλληγορία, heimliche Deutung. *Cic. ad Att.* Allegoria aliquid obscurare.

ALLĔVĀMEN, n. 3. Linderung. *Meliss.* Æstibus addere allevamina.

ALLĔVĀMENTUM, n. 2. Leichterung. *Cic. pro Sylla.* In adversis sine ullo remedio atque allevamento permanere.

ALLĔVĀTIO, f. 3. eine Leichterung. *Cic. 1 de Fin.*

ALLĔVĀTUS, a, um, erleichtert. *Cic. ad Att.* Corpus allevatum, i. ab ægritudine liberatum. *Tac.* Allevatus circumstantium humerus, i. sublatus.

*ALLĔVĬO, are, ringern. *Vulg. Act. 29, 38. Sarisb. l. 1. c. 5.* Curarum gravium pondus alleviare.

ALLĔVO, are, aufheben. *Quint.* Lapso, &, ut allevaretur, oranti. *Id.* Allevare afflictum, einen Bekümmerten trösten. *Cic.* Allevare dictis ærumnas aliorum. *Id.* Onus allevare, die Last leichter machen.

ALLEX, Hefen. *Plin. l. 31. c. 8.* Allex viri, ein loser Mann / *Plaut. Pœnul.*

ALLIĀRIA, Knoblauchkraut. *Tabernamont. pag. 1144.*

ALLIĀTUM, n. 2. intritum, cui allium in reliqua ciborum mole admixtum est, σκοροδιστμένον, Brühlein vom Knoblauch gemacht. *Plaut. Most.* Sine me alliato fungi fortunas meas.

ALLĬCĔFĂCIO, feci, facere, anreitzen. *Suet. Vitell. c. 14.* Ad societatem imperii omnibus blanditiis allicefactos occidere.

ALLĬCĬO, lexi, lectum, licere, herbeylocken. *Cic.* Homines ad diligendum allicere. *Id. de Off.* Animos ad benevolentiam allicere. *Id. de Divin.* Magnes allicit ferrum, zeucht zu sich. *Ovid. 6. Fast.* Somnos allicere, schlaffend machen.

ALLĪDO, lisi, lisum, lidere, anschmitzen / anstossen,

stossen. Cas. Allidi ad scopulos. *Lucret.* Allidere trabi. *Colum.* pro *Ledere* usus est: Gemmas allidere, i. tangendo lædere. *Id.* Allidi dominum, i. damno affici.

* ALLIGAMEN, n. 3. Band/ Schnur. *Gloss. Græco-Lat.* ἀπόδεσμα, alligamen. *It.* Alligamentum. *Eadem:* ἅμμα, alligamentum.

ALLIGATIO, f. 3. das Verbinden. *Colum. lib. 11. c. 2.* Arbustorum alligatio.

ALLIGATOR, m. 3. ein Anbinder. *Colum. l. 4. c. 13. Gloss. Græco-Lat.* δέτης, alligator.

ALLIGATURA, f. 1. Bund. *Columell.*

ALLIGATUS, a, um, angebunden. *Liv.* Alligata fœdere civitas. *Cic. pro Cluent.* Alligatus nuptiis, i. verehlichet.

ALLIGO, are, anbinden. *Macrob.* Alligare aliquem ensi. *Cic. Verr.* Alligare aliquem ad statuam. *Martial.* Alligare caput lanâ. *Cic.* Alligare vulnus, verbinden. *Id.* Scelere se alligare, ein Bubenstuck begehen. *Terent.* Furti se alligare, einen Diebstal begehen. *Stat.* Alligare iter, den Weg verhindern. *Cicer.* Alligari sacris. *Quintil.* Ad pœnam se alligare, sich zur Straff erbieten.

ALLINO, lini, & levi, litum, linere, anstreichen / anschmieren. *Plin.* Melle allinere dentem. *Horat.* Versibus incomtis atrum signum allinere. *Senec. Epist. 7.* Vitia sua alteri allinere, einen mit Lastern beschmitzen.

ALLISIO, f. 3. das Anstossen. *Spart. in Mario:* Digitorum allisione aliquid conterere.

ALLIUM, n. 2. Knoblauch. *Plin. l. 19. c. 6.* [Lipsius mavult *Alium* scribere, in *Orthogr. p. 17.*] *Hieron.* Post manna, Angelorum cibum, allia, cæpe, & pepones suspirare, i. vilia preciosis anteferre. *Novarin. T. 1. Adag. 235.* De allio prolixè *Tabernæm. p. 874.*

ALLOCUTIO, f. 3. das Ansprechen. *Catull.* Allocutione solari aliquem. Vid. *Parei L. C. p. 76.*

* ALLOPHYLUS, ἀλλόφυλος, ein Fremdling. *Vulg. Interpres* sæpè.

ALLOQUIUM, n. 2. das Ansprechen. *Plin. Epist.* Medici salubres, sed voluptate carentes cibos blandioribus alloquiis persequuntur, schwätzen einem das Essen ein. *Liv.* Aliquem benigno alloquio adjuvare.

ALLOQUOR, locutus sum, loqui, Dep. ansprechẽ. *Plaut.* Perparcè aliquem alloqui. *Varro:* Alloquutum ire.

ALLOSCORODON, n. 2. ἀλλοσκόροδον, herba, Capern. *Diosc.*

* ALLUBESCENTIA, & Allubentia, f. 1. i. obedientia, consensus. *Cathol.*

ALLUBESCO, lubescere, gefallen. *Plaut.* Nitida fœmina Herclè jam mihi allubescit primulùm. *Apul.* Basiare volenti promtis suaviolis allubescere. Vid. *Adlubesco.*

ALLUCEO, luxi, lucere, hinzuleuchten. *Vulg. Interpr. in Psalm. Suet. Vitell.* Bono animo estote, nobis alluxit.

ALLUCINOR, ari, Dep. fehlen / irren. [*Lips. in Orthogr. p. 159.* scribit *Alucinari.* Alii *hallucinari.*] *Cic. ad Att.* Suspicor, hunc, ut solet, allucinari. Vid. *Agell. l. 16. c. 12.* Construitur etiam cum Accus. ceu patet ex illo *Ciceronis 1. de N. D.* Dictata, quæ Epicurus oscitans allucinatus est.

* ALLUCITÆ, i. κώνωπες, juxta *Fulgentium,* qui etiam illud *Petronii* adducit: Centum vernales me allucitæ molestabant. Vid. *Alucitæ.*

* ALLUCTOR, ari, Dep. *Apul. 10. Met.* Vide *Adluctor.*

* ALLUDIO, are, sich zudäppisch machen. *Plaut. in Sticho.* Quando adbibero, alludiabo.

ALLUDO, lusi, lusum, ludere, schertzen. *Plin.* Alludere natantibus. *Terent.* Ad scortum alludere. *Seneca.* Alludit tibi hujus vitæ prosperitas, du bist glückselig. *Idem Epist. 73.* Alludere Philosophiam, i. est, per lusum & non seriò eam tractare.

ALLUO, lui, luere, daranfliessen. *Senec. in Oed.* Mæotis gentes alluit. *Cic.* Mœnia à mari alluuntur.

ALLUVIES, f. 5. Anfluß. *Colum.* Fluminum alluvies & inundatio. Vid. *Parei L. C. p. 76.*

ALLUVIO, f. 3. Wasserguß. *Cic. 1. de Orat.* Alluvionum jura.

ALLUVIUM, n. 2. idem. *Sidon. l. 2. Ep. 2.* Alluvio aliquem humectare.

ALLUS, m. 2. pollex, Daum/ *Fest.* Aliis scribitur *Hallus.*

* ALMITIES, f. 5. *Gloss. Græco-Latina,* ἀυξησις ἀρχῆς.

ALMUS, a, um, der da nehrt. *Plaut.* Alma nutrix. *Virg.*

Virg. Alma Ceres. *Col.* Alma tellus. *Virg.* Dies almus, i. clarissimus. *Hor.* Adorea alma, i. inclita. *Virg.* Alma Sibylla, i. Virgo.

ALNĒTUM, n. 2. Ort / da Erlen wachsen. *Guil. Brit. l. 8.* Difficiles ubi densa vias alneta tegebant.

ALNEUS, a, um, von Erlen gemacht.

ALNUS, f. 2. Erlenbaum. *Stat.* Alnus amica fretis. *Tabernamont. p. 1395.* Hinc pro *Navigiolo* sumitur. *Claud.* Dubiis committere flatibus alnum.

ĂLO, alui, alitum & altum, alere, ernehren/erziehen. *Cicer.* Exercitum alere suis fructibus. *Terent.* Equos alere. Alere, i. *Augere. Quint.* Alere facundiam. *Cic.* Audaciam alere. *Liv.* Bellum alere, i. *Fovere. Cic.* Spem alere. *Id.* Gloriam alere. Vid. *Parei L.C. p. 69. Proverb.* Alere aliquid monstri, *Terent.* mit Practiken umgehen.

ĂLŎE, f. 1. ἀλόη, Aloe. *Juvenal.* Plus aloës quàm mellis habet. *Tabernamont. p. 1083.* Aloës lignum, Paradeißholtz. *Id. p. 1338.*

ĂLŎGĬA, f. 1. ἀλογία, Thumheit. *Senec. de morte Claud.* Citius mihi verum ne tibi alogias excutiam.

* ĂLŎGISTÆ, m. 1. die nicht Rechnung thun dörffen. *L. 5. §. 5. D de admin. Tutel.*

ĂLŌPĔCĬA, f. 1. ἀλωπεκία, das Haar ausfallen. *Plin. l. 24. c. 19.* Adde *Castelli Lex. M. p. 16.*

ĂLŌPĔCŪRUS, f. 2. ἀλωπέκουρος, genus herbæ, Fuchsschwantz. *Plin. lib. 21. c. 17. Tabernam. p. 551.*

ĂLŌSA, f. 1. Genus piscis. *Auson. in Mosella:* Stridentesque focis obsonia plebis Alosas. Vid. *Casp. Schottus l. 10. Phys. Curios. c. 3.*

ĂLŌSANTHUS, m. 2. ἁλὸς ἄνθος, Wolrad.

ALPES, f. 3. plur. hohe Gebirg. *Horat.* Alpium juga. Occurrit interdum etiam in singulari. *Claud. Paneg.* Frondosa fertur ab Alpe. Et *Lucan. lib. 3.* Agmine nubiferam capto superevolat Alpem.

ALPHA, ἄλφα, der erste Buchstab im A B C. Ap. *Martial.* Codrus, Alpha Pænulatorum dicitur, i. primus.

ALPHĂBĒTĀRIUS, Tiro, ein A B C Schütz.

ALPĪNUS, a, um, das in dem Gebirg ist. *Liv.* Alpina flumina. *Claud.* Alpinæ pruinæ.

ALSINE, f. 1. ἀλσίνη, Hünerdarm. *Plin. l. 27. c. 4. Tabernamont. p. 1086.*

* ALSIOSUS, a, um, frostsam. *Plin.* Abrotonum & Adonium alsiosa admodum sunt.

ALSIUS, Comparativ. *Cic. in Epist.* In Apodyterio nihil alsius, nihil muscosius.

ALTANUS, m. 2. genus Venti, sive flatus è terra consurgens. *Plin. l. 2. c. 43.*

ALTAR, n. 3. Altar. *Prudent.* Ossibus altar & impositum.

ALTĀRE, n. 3. ein Altar. *Ovid.* Altaria fumant. *Lucret.* Altaria adolere donis. *Prov.* Unum altare denudari non debet, ut aliud cooperiatur. *Novarin. T. 1. Adag. Eccl. p. 371.* Invenitur etiam *Altarium*, qua de re *C. Rittert. in Salv. p. 211.*

ALTĀRIŎLUM, parvum altare. *Cathol.*

* ALTĀTUS, a, um, erhöht. *Sidon. 2. Ep. 2.* Jam ver decedit æstati, & per lineas Sol altatus extremum in axem Scythicum porrigitur.

ALTE, Adv. hoch oder tieff. *Cic.* Altè petitum procemium. *Liv.* Ferrum altè in corpus descendit. *Horat.* Altè cinctus. *Virg.* Altius efferre cupit, den Kopff in die Höh heben. *Sallust.* Altius repetere, von forn anheben. Vid. *Richter. in A. J. p. 38.*

* ALTĔGRĀDIA, f. 1. *Tertull. de Vel. Virg. c. 17.*

* ALTELLUS, m. 2. de *Romulo*, exposito & invento.

ALTER, m. 3. ἀλτῆρ, Springkugeln / oder / Bleykugeln / so die jenigen gebrauchen / wenn sie auf dem Seil wollen gehen. *Martial. lib. 14.* Quidam scribunt, *Halter.*

ALTER, altera, um, einer unter zweyen. *Genit. alterius, Dat. alteri.* [pro quo tamen *Vet.* * in fœm. *altera* dixére, ceu patet ex illo *Terent.* Hoc ipsa in itinere alteræ dum narrat, forte audivi.] *Alter* idem, quod *alius. Cicer.* Non soleo temerè affirmare de altero. *Sall.* Alterum alterius eget. Vid. *Parei L. C. p. 76.* Interdum idem, quod *Secundus. Cels.* Altero quoque die vinum vel aquam bibere. Unus & alter, Vid. *Hadrian. Card. de L. S. p. 68.* Alter & alter. *Id. p. 75.* Alter cum numeralibus, quæ Ordinalia dicuntur, pro primo vel proximo accipitur. *Cic.* Literas tuas altero & vicesimo die reddidit, i. vicesimo primo. Et *Virg. 8. Eclog.* Alter ab undecimo tum me jam cœperat annus, i. duodeci-

Vid. *Parei L.C. p.* 77. *Alterum tan-*
decimus *tantundem*, eben so viel. *Liv.* Mili-
tum, i. ex præda centenos binos asses, & alte-
tibus ex præda centenos Centurionibus & equitibus di-
rum tantum Centurionibus & equitibus di-
visit. Vid. iterum *Hadrian. pag.* 71. & *Pareus*
p. 78. Alter, interdum etiam pro *Simili* poni-
tur. *Liv.* Amilcar, Mars alter. *Alter ego*, de
Amico. *Cic. Epist.* Vide, quàm mihi persua-
serim, te me esse alterum. *Altera avis*, i.
mala, inauspicata. *Fest.*

ALTĔRĀTIO, f. 3. eins ums ander. *Pincier in Otio l.* 2. *c.* 50. *Gocl. Obs. L. L. p.* 55.

* ALTERCĀBĬLIS, le, Adv. zänckisch. *Arnob.* 5. Altercabilem sermonem conserere.

ALTERCĀTIO, f. 3. Zanck / Hader. *Liv.* Cum altercatione congredi. *Cic.* Oritur mihi magna altercatio cum Vellejo.

ALTERCĀTOR, m. 3. Zäncker. *Quint.* Bonus altercator vitio iracundiæ careat.

ALTERCOR, altercatus sum, ari, Dep. zancken. *Liv. l.* 3. Altercantur inter se mulierum ritu, sie zancken sich wie die Weiber. *Apul.* Dum hujusmodi sermonem altercamur, i. dum alternatim loquimur. *Terent. Andr.* etiam act. * *Alterco* usus est: Cum Patre altercasti dudum.

ALTERCUM, n. 2. Bilsenkraut. *Plin. l.* 25. *c.* 4.

* ALTERNĀMENTUM, n. 2. Abwechslung. *Claud. Mamert.* 3. *de Stat. Anim. c.* 8. Sine alternamento.

ALTERNĀTIM, Adv. wechselsweis. *Quadrigarius apud Nonium:* Gaudium & ægritudo alternatim sequuntur. V. *Richter. in A. J. p.* 39.

* ALTERNĀTIO, f. 3. Abwechslung. *Apul.* Alternatio partium. *Macrob.* 7. *Sat.* 5. Alternatione aliquid tractare.

CĂLENDĀRIS Juno. *Macrob. lib. 1. Sat. c. 15.* Calendæ omnes Junoni dicatæ erant.

CĂLENDĀRIUM, n. 2. Monat-Buch. *Prov.* Beneficia nemo in Calendario scribit: *Novarin. T. 2. A. E. pag. 609.* De Calendario vid. *Micrael. L. p. 227. Pareus in L. C. pag. 654.* Calendarii Curator, *Reines. in Epist. p. 86.*

* CĂLENDĀRIUS, a, um, zum Schreiben gehörig. Liber Calendarius, Schreibbuch / Schuldbuch.

CĂLENDŬLA, f. 1. Ringel-Blumen. *Tabern. pag. 711.*

CĂLENS, entis, o. 3. warm. *Sid.* Planctus propè calens, i. recens.

CĂLEO, calui, calére, warm seyn. *Virg.* Thure calent aræ. Per translationem, *Calere res* dicitur, dùm adhuc recens est. *Cic. 3. Verr.* Postquam satis calere res Rubrio visa est. *Livius:* Calentes adhuc à recenti pugna. *Cicer.* Calent judicia, i. admodum exercentur. *Id.* Calent rumores, i. crebrescunt. *Horat.* Calere fœminâ, entzündet seyn gegen einem Weib. *Id.* Studio scribendi calere.

CĂLESCO, ere, warm werden. *Terent.* Accede ad hunc ignem, calesces plus satis. *Ovid.* Est Deus in nobis, agitante calescimus illo.

CALFĂCIO, ere, wärmen. *Cic.* Calface hominem. *Ov.* Algentis manus est calfacienda sinu.

CALFACTUS, a, um, gewärmt. *Ovid. in Ibin.* Nondum calfactus veles.

* CALICLARE, n. 3. Credentz-Tisch. *It.* Caliclarium, n. 2. *Gloss. G. L.* ποτηριοθήκη, caliclarium. *Salmas. de I. A. & R. p. 488. 489.*

* CALICO, are, mit Kalck machen. *Fest.* Ædificia calicata, i. calce polita. *Vetus Inscr.* COIRAVIT BASILICAM CALICANDAM.

CĂLĬCŬLĀRIS, re, Adject. *Apul. de Herb. cap. 4.* Calicularis herba.

CĂLĬCŬLUS, m. 2. ein Becherlein. *Calyculus* aliud significat. Vide, *Calyx.*

CĂLĬDA, f. 1. warm Getranck. *Andr. Schott. l. 5. O. H. c. 28.* Vide, *Caldus.*

CĂLĬDĀRIUM, n. 2. ein Schwitzbanck.

CĂLĬDĬTAS, f. 3. Wärme. Vid. *Voss. de Vitiis L. L. l. 2. c. 3.*

CĂLĬDO, are, warm machen.

CĂLĬDUM, n. 2. Wärme. Calidum nativum. *It.* Calidum innatum. *Micral. Lex. p. 230.*

CĂLĬDUS, a, um, warm / heiß. *Sen.* Æstas calida. *Varro apud Non.* Calidi pedes, i. citati. *Virg.* Juvenis, animis calidus, zornig. *Cic.* Calida consilia, i. præcipitata. Vid. *Gocl. Obs. L. L. p. 105.*

CĂLIENDRUM, n. 2. gemachte Zöpf. *Horat. 1. Serm.* Altum Saganæ caliendrum. *Salmas. de Pall. p. 345.*

CĂLĬGA, f. 1. Kniestiefel. *Cic.* Cum caligis & lacerna currere. *Prov.* Caliga Maximini: de homine longo. *Tertull.* Caligas volutando detergere.

CĂLĬGĀRIS, re, Adject. zun Kniestiefeln gehörig. *Plin. l. 9. c. 18.* Clavi caligares.

CĂLĬGĀRIUS, a, um, idem. *Plin. l. 34. c. 14.* Clavus caligarius.

* CĂLĬGĀRIUS, m. 2. Schuster. *Lampr. in Alex.* Corpus Caligariorum constituere. Vide suprà, *Calceamentarius.*

CALIGATIO, f. 3. Verfinsterung. *Plin.*

CALIGATUS, a, um, gestiefelt. *Juven. Sat.* 3. Veniam caligatus in agros.

CALIGINANS, o. 3. tunckel. *Theod. Priscian.* 1, 19. Caliginantes oculos curare.

*CALIGINEUS, a, um, tunckel / schwartz. *Gratius*: Vel caligineo laxanda reponito fumo.

CALIGINO, are. *Fulg. de Cont. Virg.* Numquidnam jam oportuerat inter dulcia poma mora etiam ponere, tuæque luculentæ Sapientiæ funalia caliginare?

CALIGINOSUS, a, um, tunckel / finster. *Horat.* 3. *Carm.* Prudens futuri temporis exitum Caliginosa nocte premit Deus.

CALIGO, f. 3. Finsterniß. *Cic.* Caligo & tenebræ. *Id.* Videbam equidem, sed quasi per caliginem. *Ovid.* Inducere caliginem, verfinstern. *Plin.* Oculorum caligo, blöd Gesicht. *Catull.* Mentis caligo, Unverstand. *Virg.* Caligine mersus.

CALIGO, are, tunckele Augen haben. *Cels.* Caligant oculi ex somno, vor Schlaff nicht wol sehen. *Quint.* Caligare in Sole, i. in re manifesta, *Prov.* *Plin.* Caligat ad eas res genus humanum, i. non intelligit. *Pacuv.* Caligans vultus.

*CA'LIM, i. clàm, Adv. heimlich. *Fest.*

CALIX, m. 3. ein Becher. *Horat.* Fœcundi calices quem non fecêre disertum? *Mart.* Vitreus calix. *Horat.* Siccare calices, i. ebibere. *Plin.* Calix cochleæ, ein Muschel. *Item*, ein Topff. *Ovid.* Stant calices, minor inde fabas, olus alter habebat.

CALLAIS, gemma. *Plinius l.* 37. *c.* 10. *Solinus cap.* 23.

CALLENS, o. 3. erfahren. *Plin.* Callens vaticinandi. *Spart. in Hadr.* Callens peritiam cœlestium.

CALLENTER, Adv. weißlich. *Apul.* 4. *Met.* Callenter inhibere.

*CALLEO, ui, ére, Schwilen haben / hart und dickhäutig seyn. *Plinius lib.* 11. *cap.* 37. Priusquam calleret, i. in callum durescere. *Item*, ein Ding kennen / wissen. *Pers.* Dicenda, tacendaque calles. *Terent.* Ego illius sensum pulcrè calleo. *Plaut.* Callere ad suum quæstum. *Horat.* Callet pauperiem pati. Invenitur etiam cum *Ablativo. Solin. cap.* 8. Callere arte sagittariâ. Conf. *Steph. in Sax. p.* 87.

CALLIBLEPHARUM, n. 2. καλλιβλέφαρον, medicamentum, quo fucantur palpebræ. *Plin. l.* 23. *c.* 4. Apud *Marcell. Emp. c.* 8. Calliblepharium unguentum dicitur.

CALLIDE, Adv. listiglich. *Cic.* Omnia callidè referre ad utilitatem. Vid. *Richt. in Adv. Jur. p.* 52.

CALLIDITAS, f. 3. Listigkeit / Geschwindigkeit. *Cic.* Superare calliditate. *Ovid.* Vir mirâ calliditate.

CALLIDUS, a, um, listig / geschwind. *Horat.* Callidus rerum judex. *Tacit.* Callidus temporum, der sich weiß in die Zeit zuschicken. *Id.* Callidus accendédis offensionibus. *Plaut.* Callidus ad quæstum. *Ovid.* Usu callidus. *Horat.* Testudo resonare septem callida nervis.

CALLIGONON, n. 2. καλλίγονον, genus Herbæ, Wegtritt / Weggras. *Plin. l.* 27. *c.* 12.

CALLIONYMUS, m. 2. καλλιώνυμος, genus Piscis. *Plin. lib.* 32. *cap.* 7. Add. *Voss. in Etymol.*

CALLIS, m. 3. ein gebahnter Weg. [*Liv. l.* 33. *etiam* * f. g. usus est: Exercitum per devias calles ducere] *Virg.* Callis angustus, ein enger Weg.

*CALLISCO, ere, i. callescere, occallescere, hart werden. *Cato apud Non.* Aures nobis calliscunt ad injurias.

CALLISTRUTHIÆ, Art von Feigen. *Plin. l.* 18. *c.* 11. *Capitolin. in Albino.*

CALLITHRIX, f. 3. καλλίθριξ, schwartz / oder rot Steinbrech. *Plin.* 26, 14. *Item*, species simiæ.

CALLITRICHON, n. 2. καλλίτριχον, idem. *Plinius* 25, 11. *Apul. de Herb. c.* 47.

CALLOR, m. 3. das Schwilen. *Cassiod. l.* 1. *Epist.* 35.

CALLOSITAS, f. 3. Idem. *Scribonius Largus & Priscian.* Callositas palpebrarum.

CALLOSUS, a, um, voller Schwilen / dick von Haut. *Ovid.* Dextra callosa. *Horat.* Ova callosa. *Plin.* Callosa oculi tunica.

CALLUS, m. 2. & callum, n. 2. Schwile / dicke Haut. *Plin.* Callum fungorum. *Cic.* Labor quasi callum quoddam obducit dolori. *Plaut.* Callum aprugnum, i. sumen apri.

CALO, are. Hinc, calatus, a, um; de quo suprà.

CALO, onis, m. 3. Trossbub. *Cic.* 3. *de N. D.* *Pers. Sat.* 5. Sambucum citius caloni aptaveris alto. Calones, pl. Holtzschuh. *Fest.*

*CALŎPHANTA, m. 1. καλοφάντης, Spottvogel. *Plaut. Curcul.*

CALŎPŎDIUM, n. 2. καλοπόδιον, Holtzschuh. *Prov.* Calceare omnes uno calopodio.

CĂLOR, oris, m. 3. Hitz/ Wärme. *Cic.* Solis calor. *Id.* Calor à Sole. *Id.* Frangit se calor, i. remittit. Apud *Propert.* de amore sumitur: Aliò conferre calores.

*CĂLŌRĀTUS, a, um, hitzig. *Apul.* 6. *Met.* Caloratos impetus juventutis coërcere.

*CĂLŌRĬFICUS, a, um, das warm macht. *A. gell.* 17, 8. Oleum calorificum.

*CALPAR, n. 3. ein Art irden Gefäß. *Fest. Varro*, ita vinum olim appellatum esse, tradit.

CALTHA, f. 1. κάλθη, Ringelblumen. *Plinius l.* 21. *c.* 6. *Virg.* Luteola caltha. *Tabernemont. p.* 714. vocat Mutterkraut.

CALTHŬLA, f. 1. ein gelb Kleid. *Plaut. Epid.* Hinc *Calthularius*, qui calthulas facit. *Plaut. Aulul.*

CALVA, f. 1. Hauptschedel. *Apul.*

CALVĀNUS, m. 2. genus animalis. *Adhelmus de Virg. c.* 28. Ungues ad instar calvanorum acuuntur.

CALVĀRIA, f. 1. Hirnschedel. *Cels. l.* 8. *c.* 1.

CALVĀRIŎLA, parvi caliculi, instar calvariarum minutarum, Becherlein. *Vetus Interpres Juvenal. Sat.* 5. Calices fractos, vel Calvariolas componere.

*CALVĀRIUM, n. 2. genus piscis. *Ennius apud Apul. Apolog.* Calvaria pinguia Aternæ.

CALVASTER, m. 2. kahl.

CALVĀTUS, a, um, Idem. Calvata vinea, da grosse Plätz ohne Weinstöck sind.

CALVEO, calvi, calvēre, kahl seyn. *Plin.* Quædam animalium naturaliter calvent.

*CALVĔFĪO, calvefieri, kahl werden. *Varro.*

*CALVESCO, ere, idem. *Colum.* Sæpè novella castanea calvescunt.

CALVĬTAS, f. 3. Betrug. *Ulp.*

CALVĬTIES, f. 5. Glatz. *Petron.* Superciliorum æqualis cum fronte calvities.

CALVĬTIUM, n. 2. Idem. *Cic.* 3. *Tusc. Colum.* Calvitium loci in vinea, quando pampinis destituitur.

CĂLUMNIA, f. 1. Schmachred/ Lästerung. *Cic.* Religionis calumnia. *Quint.* Manifestæ calumniæ est. *Id.* Jurare calumniam in aliquem, i. jurare, se calumniæ causa ad accusandum non venire. Sumitur interdum pro *Calliditate. Cic.* apud *Non.* Carneades sæpè optimas causas ingenii calumniâ ludificari solet.

CĂLUMNIĀTOR, m. 3. Verleumder. *Cic.* Calumniator & improbus.

CĂLUMNIATRIX, f. 3. Verleumderin. *Ulp.* Calumniatrix mulier.

CĂLUMNIOR, ari, Dep. schmähen. *Cicer.* Apertè ludificari & calumniari. *Ascon.* cum Dat. Frustrà calumniantur Ciceroni homines.

CĂLUMNIŌSE, Adv. schmählich. Vid. *Richter. in A. J. p.* 54.

*CĂLUMNIŌSUS, a, um, voll Schmachreden. *Apul. Apol.* Vos potius calumniosi, qui hæc in accusatione, &c. Vid. *Voss. de Vit. L. L. lib.* 5. *cap.* 31.

CALVO, are, kahl machen.

*CALVO, calvi, calvere, betriegen. *Sallust.* Ille calvi ratus, i. decipi.

*CALVOR, calvi, Dep. idem. *Lex XII. Tab.* SI CALVITUR, PEDEMQUE STRUIT, MANUM ENDO JACITO. *Pacuv.* Postquam calamitas plures annos arva calvitur. Vid. *Parei L. C. p.* 161.

CALVUS, a, um, kahl. *Suet. Cæs.* Mœchus calvus. *Lact.* Venus calva. *Prov.* A calvo ad calvum. Vid. *Erasm.* Calvus cùm sis, cum ariete obversa fronte non congrediaris, apud *Novarin. T.* 1. *Adag. Eccles. pag.* 225. *Proverb.* Calvus pectinem emit: de re non profutura.

CALX, cis, m. & f. 3. Kalck. *Cic.* Calcem & cæmenta convehere. *Item*, die Versen. *Proverb.* A capite usque ad calcem. *Terent.* Insultare calcibus. [*Silius in fœm. usus est, l.* 4. Incussæ calces.] *Symm. l.* 7. Asserebat Tabellio, immanere excursum tuum calcibus suis, i. te statim sequi. Aliquando *metam* das End/ significat. *Cic.* A calce ad carceres revocari. *Prov.* Ad calcem pervenire. [*Varro in masc. usurpat:* Labi inoffensum per æquor candidum ad calcem.] Addere ad calcem hinden anhängen. *Amm.* Ultra

Ultra calcem currere. Calces pro *calculis*, *Voss. Etymol. p. 92.*

CALYPTRA, f. 1. καλύπτρα, ein Haub. *Fest.*

CALYX, m. 3. κάλυξ, Knopff/da die Blumen aufstehen. *Plin. lib. 15. cap. 22.* Pulvinatus calyx. Hinc, Calyculus, m. 2. ein Knöpfflein. *Plin. l. 16. cap. 44.*

CAMARINA, f. 1. locus impurus, ein unreiner Ort. *Prov.* In ore camarinam habere: de turpiloquis, *Nov. T. 1. p. 503.*

*CAMBIO, ire, vertauschen. *Apul. Apol.* Cambire operas mutuarias cum vicinis.

*CAMBITAS, f. 3. ein Wechsel. *Gloss.* ἀντιμεταβολή, cambitas.

*CAMBIUM, n. 2. idem.

CAMELÆ Virgines, *Deæ*, quibus nupturæ supplicabant. *Fest.*

*CAMELARIUS, m. 2. Kameltreiber. *L. ult. §. Camelasia, D. de muneribus.*

CAMELASIA, f. 1. Munus alendi camelos. *Lindenb. in Amm. p. 63.*

*CAMELASIUM, n. 2. tributum nomine Camelasiæ. *Ammian. l. 17.*

CAMELINUS, a, um, vom Kamel. *Plin.* Lac camelinum. *Arnob. 6.* Camelina ossa.

CAMELLA, f. 1. Milchasch. *Ovid 4. Fast.* Apponere camellam. *Petr.* Camella vini. *Id.* Camella lignea.

CAMELOPARDALIS, m. 3. καμηλοπάρδαλις, ein Greif. *Solin.* Vid. *Casp. Schott. lib. 8. Phys. Cur. cap. 16.*

CAMELUS, m. 2. κάμηλος, ein Kamel. *Cic. Casp. Schott. lib. 8. cap. 15. Prov.* Camelus saltans, *Nov. Tom. 2. p. 463. Prov.* Camelus etiam scabiosus multorum asinorum onera sustinet. Vid. *Novarin. Tom. 1. Adag. Eccl. p. 202.*

CAMERA, f. 1. καμάρα, Gewelb. *Cicer.* Cameras mutare. *Tacito 3. Hist.* Camera est genus navis.

CAMERARIUS, a, um, zum Gewelb gehörig. *Plin. l. 19. c. 5.* Cameraria cucurbita, die oben eine Laube macht.

CAMERATIO, f. 3. *Spartian. in Carac.* Cancelli, quibus cameratio concredita.

CAMERATUS, a, um, gewelbt. *Ulp.* Arca camerata.

*CAMILLA, i. sacerdos. *Ennius:* Cœlitũ Camilla.

*CAMILLUS, m. 2. ein Knab/so im Tempel dienet. *Macrob. l. 3. Sat. 6. 8. Plin. l. 19. c. 18.*

CAMINO, are, nach Art eines Ofens formiren. *Plin. l. 16. c. 6.*

CAMINUS, m. 2. κάμινος, ein Ofen/Schorstein. *Cic.* Luculento camino uti. *Horat.* Camino oleum addere, *Proverb. Novarin. T. 2. pag. 38. Virgil.* Ruptis flammam expirare caminis.

*CAMISIA, f. 1. ein Hembd. Improbatur hæc vox *Vossio de Vitiis L. L. l. 2. c. 4.*

CAMMARUS, m. 2. κάμμαρος, ein Meerkrebs/ *Plin. l. 31. c. 8.*

CAMOENA, f. 1. *Horat.* Graja Camœna. Camœnæ, i. Musæ. *Virg.* Amant alterna Camœnæ.

*CAMOENALIS, le, Adj. den Musen gehörig. *Sidon. l. 3. Ep. 3.* Camœnalibus modis imbui.

CAMOMILLUM, n. 2. Camomillen. *Scriban. de Pass. Chr. c. 13.* E quàm tenuibus initiis, tanquam è serpillo & camomillo ad cedrum & pinum, dissensio ad summa pervenit?

*CAMPAGUS, genus calceamenti. *Pithæus, Adv. l. 1. c. 16.*

CAMPANA, f. 1. ein Glocke.

*CAMPANEÆ, f. pl. 1. locus campestris. *Innocent.* In Campaneis esse.

*CAMPANULA, f. 1. ein Schelle. *Hieron.* Campanula silvestris, Fingerkraut. Campanula lactaria, Milchglöcklein. *Tabernæmont. p. 699.*

CAMPARIUS, m. 2. Custos exercitorque camporum.

CAMPE, f. 1. κάμπη, ein Raup. *Colum. l. 10* Hirsuta campe. *Plautus:* Campas dicere, i. nugari.

CAMPE, de omni cetaceo genere, allerley Wallfisch. *Mart.* Campis dives Apollo sic marinis.

CAMPESTER, vel CAMPESTRIS, re, Adj. zum Feld gehörig. *Liv.* Ager campestris. *Horat.* Prælia campestria. *Cæs.* Iter campestre. Flores campestres, Feldblumen.

*CAMPESTRATUS, i. campestri cinctus, der ein Niderkleid anhat. *August. contra Pelagian.*

CAMPESTRE, n. 3. Niderkleid/Winterhosen. *Horat. lib. 1. Epist. 11.* Penula solstitio campestre nivalibus arvis. *Vulcat.* Solo campestri tectus.

CAMPHORA, f. 1. Kampfer. *Matthiol. p. 27.*

CAMPHORATA, Kampferkraut. *Tabernæmont. pag. 57.*

* CAMPICELLUS, m. 2. ein klein Feld. *Innocent.* Sub se campicellum habere.

* CAMPICURSIO, f. 3. Ubung der Soldaten zu Feld. *Veget. l. 3. c. 4.*

* CAMPIDUCTOR, m. 3. Feldherr. *Lindenbr. in Ammian. l. 19.* [*Vossius Campidoctor* rectum esse putat.] *Valles. in Ammian. p. 69. 163.*

* CAMPOLATIM, Adv. implicatè, connexim, verwirrt. *Apul. 11.* Apices campolatim condensi. Ita habet *Lauremb.*

CAMPSO, are, flectere. *Ennius apud Priscian.* Leucatem campsant, umschiffen.

CAMPSOR, m. 3. Wechsler.

* CAMPTAULA, m. 1. καμπτάυλης, qui inflexâ canit tibiâ. *Vop. in Carino.* Exhibere centũ Cãptaulas.

CAMPTER, m. 3. καμπτὴρ, Flexus metæ, Krümme. *Pacuv.* Extremum intra campterem.

CAMPUS, m. 2. Feld / Ebene. *Cic.* Immensa camporum spacia. *Virg.* Campi Elysii. *Id.* Fertilis ubere campus. *Virg.* Liquentes campi, i. mare. *Idem:* Credere campo aciem. *Ovid.* Proscindere campum ferro. *S. Bernh.* Oculos campi metuere solet; de eo, qui ad omnia expavet. *Novarin. T. 1. Adag. p. 43.* Interdum pro *Comitiis* sumitur, teste *Cic. 3. de Orat.* Item pro *re, in qua quis studium ponere potest.* *Cicer.* Latissimus dicendi campus. *Id.* Magnus campus ad laudem. *Id.* Dare campum, in quo excurrere virtus possit. *Sidon. 1. Ep. 9.* Rebus agitandis januam campumque patefacere. A nonnullis aliquãdo pro loco prælii usurpatur. Vid. *Salm. H. A. p. 232. 365. &c.*

CAMURA, f. 1. Gattung eines Geschirrs.

CAMURUS, a, um, krumm / gebogen. *Virg. 3. Georg.* Et camuris hirtæ sub cornibus aures. Confer *Macrob. l. 6. Sat. c. 4.*

CAMUS, m. 2. κημὸς, ein Halffter. *Ambros.* Camo maxillas constringere. It. funis. *Plaut. Cas.* Deos quæso, ut hodie camum & furcam feras. Alii legunt apud *Plaut.* canem. Vid. *Voss. Etym.*

* CANABULA, n. pl. 2. & CANABULÆ, f. 1. loca aspera. *Front.* Canabulæ vel novercæ. *Mago.* Canabula vel novercæ.

* CANACHENUS, m. 2. fur, ein Dieb. *Arnob. l. 6.* Reserata pandentes Canacheni.

CANALICOLA, c. 1. arm müssig. *Agell. lib. 4. c. 20.* Cavillator quidam & canalicola. *Lips. in Gir. pag. 665.*

CANALICULA, f. 1. ein Röhrlein. *Agell. 17, 11.*

CANALICULATIM, Adverb. per canaliculos quasi, wie mit Röhrlein. *Plin. 9, 33.* Vid. *Bart. in Achill. Stat. p. 1609.*

CANALICULATUS, a, um, gemacht / wie ein Röhrlein. *Plin. l. 27. c. 9.*

CANALICULUS, m. 2. ein klein Röhrlein. *Varro de R. R.* Quibus aqua ministratur per canaliculum. *Vitruv.* Canaliculus columnarum, ein Hohlkehle.

CANALIS, m. 3. eine Rinne oder Röhren. *Vitruv. l. 8. c. 7.* *Virg.* Iligni canales. Canales in corpore humano, Geäder. *Plin.* Canalis animæ, i. fistula, per quam spiritus reciprocatur.

CANALITIUS, a, um, zun Röhren gehörig. *Plin. l. 33. c. 4.* Canalitium aurum.

CANARIA, f. 1. Hundsgras.

* CANARIUS, a, um, von Hunden / oder den Hunden gehörig. Canarium sacrificium. *Fest.*

* CANASTER, m. 2. der anfängt zu grauen. *Gloss. Græco-Lat.* μιξοπόλιος, canaster.

* CANATIM, Adv. wie die Hund. *Nigid. apud Nonium.*

* CANAX, o. 3. Hinc, *Canacius*, Adv. i. sonorius. *Apul. Flor.* Canacius & plenius libro mandare.

CANCELLARIUS, m. 2. ein Cantzler. Vid. *Salmas. in H. A. pag. 482. &c. Exc. Dilherr. T. 2. Disp. p. 93.*

* CANCELLATIM, Adv. auf Gitter-Art. *Plin. l. 9. c. 32.* Cancellatim reticulatus. *Sidon. l. 5. Ep. 17.* Stipitibus cancellatim pendentibus. Vid. *Richt. in Adv. Jur. p. 57.*

CANCELLATUS, a, um, vergittert. *Plin. l. 9. cap. 51.* Cancellatus brachiorum implexus. *Solin. c. 1.* Cancellatis manibus.

CANCELLI, pl. m. 2. Gitter. *Cic.* Cancellos sibi circumdare, ihm selbst ein Ziel setzen. *Id.* Cancellis circumscripta scientia, umschrenckt. It. Limites. *Cassiod.* Tusciæ cancelli.

CANCELLO, are, vergittern. *Col. l. 4. c. 2. Ulpian.* * pro *delere* usurpat, ut, Cancellare testamentum, ausleschen. *Item*, Delimito. *Front.* Agris cancellatus.

CANCER, cri, m. 2. Krebs. *Ovid.* Littoreus cancer. *Id.* Octipes cancer. *Prov.* Cancer recte ingredi non discit. *Novar. T. 2. p. 362.* *Item*, signum cœleste. *Plin.* Solstitium cancri. *Lucret.* pro signo cœlesti etiam in 3. decl. usur-

usurpavit. *lib. 5.* Canceris ut vertat metas ad solstitiales. Cancer etiam de *Morbo* dicitur. *Ovid. 2. Met.* Utque malum latè solet immedicabile cancer Serpere, & illæsas vitiatis addere partes. *Gocl. Probl. Gr. l. 5. c. 26.* [Medici de morbo m. & n. g. usurpant. Vid. *Rhodius in Indice Scriboniano.*] *Item*, ein Gitter. *Apul. 6.* Inter Orci cancros adhærere.

Cancĕrātĭcus, a, um, vom Krebs. *Veget. 2. c. 43.* Canceraticus fœtor.

Cancĕrātio, f. 3. Fäulung/ Krebs-Kranckheit. *Lucifer Caral.* Fœtor cancerationis.

Cancĕro, are, faulen/den Krebs haben. *Plin. Valer. 1, 10.* Si intrinsecus canceraverit auris.

***Cancĕrōsus**, a, um, der den Krebs hat. *Sarisb. l. 3. c. 6.* Serpit morbus cancerosus in omnes.

***Canchrema**, n. 3. todtes Fleisch. *Veget. 2, 22.* Canchremata facere, bös Geschwär machen.

***Candacus**, a, um, i. suavis, süß. *Nævius apud Varron.*

***Candĕfăcio**, ere, weiß machen. *Plaut. Most.* Unâ operâ ebur atramento candefacere postules.

***Candĕfactus**, a, um, glüend. *Plin.* Lapides candefacti. *Barth. Soliloq.* Candefacta affectuum desideria.

Candēla, f. 1. Liechtkertz. *Columell. 2. c. 22.* Candelas sebare. Hinc, candela sebacea, Unschlicht-Liecht.

Candēlabrum, n. 2. Leuchter. *Cic. 4. Verr. Cæcil.* * masc. gen. usurpat: Memini ibi candelabrum ligneum ardentem.

Candentia, f. 1. Glut/Glantz. *Vitruv. l. 9. c. 4.*

Candeo, ui, ere, weiß seyn. *Catull.* Ebur candet. *Ovid.* Candida de nigris, & de candentibus atra. *Item*, glüen. *Cicer.* Candente carbone adurere capillum. *It. Splendere*, glantzen. *Hor.* Vestis candet.

Candesco, ere, glüen/ weiß seyn. *Ovid.* Aër candescit. *Id.* Currus candescere sentit.

***Candētum**, n. 2. genus mensuræ agrorum. *Aut. de Fin. Reg.*

Candĭcantia, f. 1. weisse Farb. *Plin. l. 37. c. 13.* Candicantiam fugere.

Candĭco, are, weiß seyn. *Plin.* Candicans macula, weisser Fleck. *Apul. 5.* Pinnæ micanti flore candicant.

Candĭdātōrius, a, um, einer werbenden Person gehörig. *Cicer.* Munere candidatorio fungi.

Candĭdātus, a, um, weiß bekleidet. *Plaut. Rud.* Candidatum venire.

Candĭdātus, m. 2. der nach einem Amt strebt. *Cic.* Candidatus prætorius, qui præturam petit. *Quint.* Candidatus Eloquentiæ. *Plin.* Candidatus gloriæ & immortalitatis, i. qui gloriam & immortalitatem appetit. *Prov.* Candidatus Cæsaris, *Eras.*

Candĭde, Adv. aufrichtiglich. *It.* weiß. *Plaut.* Candidè vestitus.

Candĭdo, are, weiß machen. *Pompon.* Vestem lixivio candidare. *Tertull.* Candidare se in sanguine agni. *Gariop. 3, 24.* Panni à fullone candidati.

Candĭdŭlus, a, um, weiß. *Cic.* Candiduli dentes.

Candĭdus, a, um, weiß. *Virg.* Cygnis candidior. *Ovid.* Brachia candidiora nive. *Id.* pectora nivibus, lacteque candidiora. *Ovid.* Facere candida de nigris. *Catull.* Diem notare candidiore lapide, vor glücklich halten. Interdum idem, quod *Integer, sincerus*, aufrichtig. *Ovid.* Tam felix utinam, quàm pectore candidus essem. *Horat.* Si quid novisti, Candidus imperti: si non, his utere mecum. *Cicer.* Candida vita, i. irreprehensibilis.

***Candĭfĭco**, are, weiß machen. *Nav.* Succis herbarum candificare cutem.

***Candĭfĭcus**, a, um, das weiß macht. *Apul.* Tenuis, candificus, nobilis pulvisculus.

Candofrĕmo, ere, schreyen/ wie ein Fuchs. *Autor Philom.* apud *Andr. Schott. lib. 2. O. H. cap. 52.*

Candor, m. 3. Weisse. *Virg.* Anteire nives candore. *Plaut. Men.* O, Solem vides: statim ut occæcatus est præ hujus corporis candoribus. Dicitur etiam de *animo*. *Cic.* Candor animi, Aufrichtigkeit.

Candŏsoccus, eingegrubt Weinreben. *Col. lib. 5. cap. 5.*

Căneo, ui, ére, grau werden. *Virg.* Senectus canet. *Sil.* Barba canet gelu.

Cănēphŏra, f. 1. κανηφόρος, ein Weib/ so einen Korb

Korb auf dem Kopff hat. *Cic.* 6. *Verr.* V. *Pareus in Lex. Crit.* p. 163.

CĀNESCO, scere, anfangen grau zu werden. *Ov.* 9. *Met.* Queritur canescere mitis Jasiona Ceres. *Cic. de Cl. Orat.* Canescit oratio. *Alcim.* Canescunt arva pruinis.

CĀNI, pl. m. 2. Grauhaar. *Cic.* Non cani, non rugæ repentè authoritatem afferre possunt. *Ovid.* Honorati cani.

CANIA, f. 1. Brennessel. *Plin.* l. 21. c. 15.

*CANĪCĀCEUS, a, um, aus Kleyen gemacht. *Pacuv.* Esse panem canicaceum.

*CANĪCÆ, f. pl. 1. Kleyen. *Fest. Lucil.* Quanti vellet, quanti canicas à pulte.

CĀNĪCEPS, c. 3. der einen Hundskopff hat. *Plin.*

CĀNĪCŬLA, f. 1. Hündlein. *Cic. Item*, Hundsstern. *Cicer.* Ortum caniculæ diligenter servare. *Item*, Eß auf den Würffeln. *It.* genus piscis. *Plin.*

CĀNĪCŬLĀRIS, re, *Adject.* in Hundstagen. Dies caniculares, Hundstäge. *Sidon.* l. 2. *Ep.* 1. Canicularis inclementia.

CĀNĪCŬLĀTA, herba, aliàs hyoscyamus, *Macer* 2, 35. Caniculata uva. *Marcell. Emp.* cap. 13.

*CĀNĪFORMIS, me, *Adj.* wie ein Hund. *Prudent.* Caniformem Anubim cœli throno præponere.

CĀNĪNUS, a, um, hündisch/vom Hund. *Ov.* Lac caninum. *Quint.* Canina eloquentia. Caninum prandium, *Ph. Caroli in Agell.* lib. 13. cap. 29. *Sarisb.* l. 6. c. 30. Caninam facundiam exercere. *Novarin.* T. 1. p. 457. *Petron. Frag. Trag.* Verum dicam, quia caninam linguam comedi. Caninam pellem rodere. *Pincier* 2, 7. Caninus appetitus. Vide, *Appetitus.*

CĀNIS, c. 3. ein Hund. *Prop.* Canes armillati. *Hor.* Canes Molossi. *Lucr.* Semideus canis, i. Anubis. *Horat.* Cane pejus & angue quid fugere. Canis, Convitii genus. *Terent.* Diminuam caput tuum, nisi abis. G. ain verò, canis? Item, Signum cœleste, Hundsstern. *Ovid.* Erigonius canis. *Horat.* Canis, sidus invisum agricolis. *Item*, das Eß auf den Würffeln. *Prop.* Semper damnosi subsiluêre canes. *It.* Vinculi genus. Canem ferre, im Gefängniß ligen. *Proverb.* Canis os; de impudente. *Form.* Canem cave. *Coler. in Parerg.* c. 16.

CĀNISTRELLUM, n. 2. parvum canistrum, ein Körblein. *Cathol.*

CĀNISTRUM, n. 2. κάναστρον, ein Korb. *Virg.* Pabula apponere plenis canistris.

CĀNĪTIES, f. 5. graue Haar. *Plin.* Canities homini tantùm & equis. *Horat.* Arida canities. *It.* Prudentia. *Claud.* Canities animi.

*CĀNĪTŪDO, f. 3. idem. *Varro.* Non canitudini comes virtus. *Plautus*: Capitis canitudo.

CANNA, f. 1. ein Rohr. *Ovid.* Crassa canna. *Id.* Canna palustris. *It.* Dea. *Apul.* 5. *Metam.*

CANNĂBĀCEUS, & CANĂBĪNUS, a, um, vom Hanf gemacht. *Columell.* Funis cannabinus.

CANNĂBĒTUM, n. 2. Ort/ da Hanf wächst. *Vetus Inscriptio*: USQUE AD CANNABETUM HUIC AREÆ CEDET.

CANNĂBIS, f. 3. Hanff. *Plin.* Utilis funibus cannabis. *Sarisb.* Ad modum cannabis fragilis. [*Palladius cannabum* genere neutro dixit.] *Tabernæmont.* p. 936.

CANNELLA, parva canna, ein klein Rohr. *Cath.*

CANNĒTUM, n. 2. röhrig Gebüsch. *Pallad.* Lilieta, canneta ponenda sunt.

CANNEUS, a, um, vom Rohr gemacht. *Colum.* Canneæ tegetes.

*CANNĬCIÆ, f. pl. 1. loca cannis oppleta. *Innocent. de Agr.* Sub se cannicias habere.

CANNĬTIUS, a, um, vom Rohr. *Pallad.* Cameræ cannitiæ.

CANNŬLA, f. 1. parva canna, ein Röhrlein. *Cathol.*

CĀNO, cecini, cantum, canere, singen. *Cic.* Canere ad tibiam. *Id.* Fidibus canere. *Id.* Tibiis canere, pfeiffen. *Ovid.* Canere bella. *Virg.* Arma virumque canere. *Cæs.* Classicum canere, Lermen blasen. *Liv.* Surdis auribus canere. *Cic.* Canere sibi & Musis. Interdum idem, quod *Celebrare*. *Plinius*: Cato brassicæ miras canit laudes. Aliquando pro *Vaticinari* ponitur. *Virg.* Fata canere. *Intus canere* dicitur, qui privati commodi impendiò studiosus est. *Cic.* Poëtæ etiam *canere* dicuntur. *Item*, ranæ. *Virg.*

CĀNON, onis, m. 3. κανών, Linial/ Richtschnur. *Cic.*

Cic. ad Tiron. Tu canon meorum scriptorum esse soles. *It.* Tributum. *Sidon. 6. Ep. 10.* Canon glebæ.

CANONICE, f. 1. κανονική, ars metrica. *Agell. 16, 18.*

CANONICUS, a, um, κανονικός, regularis, nach der Richtschnur.

CANOR, oris, m. 3. ein guter Laut. *Ovid.* Canor, mulcendas natus ad aures. *Lucret.* Cygni canor. *Virgil.* Canor æris Martius, das Posaunen.

* CANOROSUS, a, um, das sehr weit lautet. Quidam *Agellio* tribuunt.

CANORUS, a, um, das wol und sehr lautet. *Cic.* Gallus canorum animal. *Hor.* Nugæ canoræ.

* CANOSUS, a, um, grau. *Vopisc. in Probo.* Eo tempore, quo & me canosum cum gratulatione vidit.

* CANTABILIS, le, Adject. das man singen kan. *Vulg. Interp. Psalm. 118, 54.*

* CANTABRUM, n. 2. Fahnen. Vid. *Wovver. in Minut. Felic. p. 36.* Pro *furfure*, *Apicius* ap. *Reinesf. 2. Var. 14.*

CANTAMEN, n. 3. Zauberey. *Prop.* O utinam magicæ nôssem cantamina Musæ. *Prud.* Magicum cantamen. *Apul.* Incredibili vi cantaminum pollere.

CANTATIO, f. 3. das Singen.

CANTATOR, m. 3. ein Singer. *Mart.* Cantator cygnus funeris ipse sui. *Agell. 16, 19.* Nobilis Arion cantator fidibus fuit.

CANTATRIX, f. 3. Singerin. *Varro:* Aves cantatrices. *Claudian.* Choreæ cantatrices. *Apul. 2.* Cantatrices aniculæ.

CANTATUS, a, um, gesungen. *Stat.* Totam cantatus per urbem. *Item*, bezaubert. *Propert.* Leges cantatæ imponere Lunæ.

CANTES, pl. f. 3. Orgelpfeiffen.

CANTHARIAS, gemma. *Plin. l. 37. c. 11.*

CANTHARIS, f. 3. κανθαρίς, ein grüner Käfer. *Cic.* Cantharidis vim habere, i. occidere. *It.* Liebtranck. *Ovid.* Cantharidum succos bibere. *Tert.* Cantharidis venena.

CANTHARULUS, m. 2. ein Kännelein. *Arnob. lib. 6.*

CANTHARUS, m. 2. κάνθαρος, eine Kanne. *Virg.* Et gravis attritâ pendebat cantharus ansâ. *Arnob. 6.* Potorius cantharus. *It.* ein Meerfisch. *Plin. l. 32. c. 11.* *It.* ein Roßkäfer. *Prov.* Cantharus pilulam. *It.* Marculus ferreus. *Plaut. Men.*

CANTHERIATUS, a, um, auf Latten gezogen. *Columell.* Vinea cantheriata.

CANTHERINUS, a, um. *Columell. 2. c. 9.* Hordeum cantherinum, Gersten ohne Hülsen. Cantherino ritu somniare. *Plaut. Men.* stehend träumen.

CANTHERIOLUS, m. 2. ein kleiner Weinstock/ so aufgemacht. *Columell. lib. 11. cap. 3.* Cantheriolis interpositis rigorem stilorum conservare.

CANTHERIUS, m. 2. Latten. *Plin. l. 17. c. 21.* *It.* ein Pferd / so verschnitten / ein Wallach. *Senec. Epist.* Cantherio vehi. *Prov. Erasm.* Cantherius in porta. *It.* Tignum oblongum tecti, à culmine ad imum ductum, Tillbaum. *Vitruv. 4. c. 2.*

CANTHUS, m. 2. κανθός, eine Radschiene. *Pers. Sat. 5.* *It.* Augenwinckel.

* CANTICULUS, m. 2. ein Gesänglein. *Septim.*

CANTICUM, n. 2. ein Gesang. *Quint.* Cantica obscœna.

CANTILENA, f. 1. idem. *Terent. Phorm.* Cantilenam eandem canere; de eo, qui molestus est, sæpius eadem inculcans. *Cicer.* Cantilenam suam crebrò mihi insusurrat Epicharmus.

* CANTILENOSUS, a, um, Gesangreich. *Sidon. lib. 3. Epist. 14.* Nugæ Poëtarum stilo cantelinosæ.

CANTILLO, are, singen. *Apul.*

CANTIO, onis, f. 3. Gesang. *Plaut.* Lepidam & suavem cantionem occipio. *It.* Incantatio, Zauberey. *Cic. de Cl. Orat.* Subitò totam causam oblitus est, idque veneficiis & cantionibus Ticiniæ factum esse dicebat.

CANTITO, are, viel singen. *Terent.* Facturum credo, ut habeas, quicum cantites.

CANTIUNCULA, f. 1. ein Gesänglein. *Cic.* Cantiunculis irretitum teneri.

CANTO, are, singen. *Ovid.* Cantare structis avenis, pfeiffen. *Horat.* Amicam cantare. *Plaut.* Fidibus cantare. *Prop.* Surdo cantare. *Prov.* Cantando, citra culturam, opes augere, *Novarin. T. 1. A. E. p. 472.* i. nihil agendo. Interdum pro *Laudare* ponitur. *Cicer.* Jam pridem

dem istum canto Cæsarem. *Item*; pro *Incantare*, bezaubern. *Virgil.* Frigidus in prato cantando rumpitur anguis.

CANTOR, oris, m. 3. ein Singer. *Cic.* Cantor formularum, auceps syllabarum. *It.* Histrio. *Horat.* Donec cantor vos plaudere dicat. Vid. *Pareus in L. C. p.* 166.

CANTRIX, icis, f. 3. Singerin. *Varro*: Aves cantrices.

* CANTŬRILLO, are, singen. *Scal. P.*

* CANTŬRIO, ire, singen wollen. *Petron. Fragm. Trag.* Vid. *Scheff. p.* 142.

CANTUS, m. 4. ein Gesang. *Virgil.* Martem accendere cantu. *Quint.* Cantus hortatur remigem. *Virgil.* Mulcere æthera cantu. *Prov.* Ex cantu avis cognoscitur. *It.* Zauberey. *Val.* Æmonii cantus, i. magici. *Tib.* Cantu solvere amores.

CĀNUS, a, um, grau. *Plaut.* Cano capite atque alba barba. *Virgil.* Cana fides. *Varro*: Cana veritas. *Item*, weiß. *Martial.* December canus. *Virg.* Cani montes. *Id.* Flumina cana.

* CĀNŪTUS, a, um, grau. *Gloss. Gr. Lat.* πολιός, Canus, Canutus.

CĂPĀBĬLIS, le, Adj. fähig. *Barth. Soliloq.* 4, 8. Capabilis infinitæ beatitudinis.

CĂPĀCĬTAS, atis, f. 3. Weite/ Grösse. *Colum.* Capacitas vasorum.

CĂPĀCŬLUS, a, um, aliquantum capax, von etwas Grösse. *Cathol.*

CĂPAX, acis, o. 3. weit/ fähig. *Plin.* Calix capax ad tres sextarios. *Ovid.* Animus ad præcepta capax. *Plin. Epist.* Capacissima omnis secreti uxor.

CĂPĒDO, inis, f. 3. ein groß Geschirr mit Handhaben. *Cic. in Parad.*

CĂPEDUNCŬLA, f. 1. Opffer-Geschirlein. *Cic.* 3. *de N. D.* Capedunculæ, quas nobis Numa reliquit.

CĂPELLA, f. 1. eine Ziege. *Virg.* Distentæ lacte capellæ. *Plinius lib.* 18. *cap.* 31. de Stella usus est. Est & Genus convitii, de quo *Lindenb. ad Ammian. p.* 70.

CĂPER, m. 2. ein Bock. *Virgil.* 7. *Eclog.* Vir caper ipse gregis. *Horat.* Libidinosus caper. *Mart.* de castrato usurpat: Dum jugulas hircum, factus es ipse caper. Item, genus piscis grunnientis. *Plin. lib.* 12. *c.* 51. *It.* Fœtor alarum. *Catull.* Fertur Valle sub alarum trux habitare caper.

CĂPĔRO, are, runtzeln. *Plaut. Epid.* Illi caperat frons severitudine. *Ausonius*: Acutis naribus & caperatâ fronte condemnare. *Apul.* Alicujus caperatum supercilium perhorrescere.

* CĂPĔRO, onis, m. 3. dem die Stirn runtzelt. *Band.* Caperones illi & Frontones.

CĂPESSO, ivi, itum, ere, in die Hand nehmen. *Cic.* Capessere cibum, essen. *Plaut.* Capessere se domum, heimgehen. *Liv.* Capessere fugam, fliehen. *Sall.* Capessere Remp. *Liv.* Oculis aliquid capessere, besehen. *Plaut.* Capessere se præcipitem ad malos mores. *Virg.* Jussa capessere, verrichten. *Horatius*: Capessere recta, i. honesta sequi. *Tacitus*: Meliora capessere.

CĂPILLĀCEUS, a, um, wie mit kleinen Haaren. *Plin.* Capillacea comâ.

* CĂPILLĀGO, inis, Haar. *Tertull. de anima*: Pro cerebri ubertate vel affluit capillago, vel deserit.

CĂPILLĀMENTUM, n. 2. Haar/ oder auch gemacht Haar. *Suet. Calig. cap.* 11. Capillamento celatus. *Plin.* Capillamenta setarum. *Tertull. de cult. fœm.* Capillamenta sutilia & textilia. *Petron.* Capillamento exornare.

CĂPILLĀRE, n. 3. Haarhaub. *Mart. l.* 3.

CĂPILLĀRIS, re, Adj. hären. Arbor capillaris, daran die Jüngling ihre Haar aufhiengen. Capillaris herba, *Apul. de Herb. c.* 47.

* CĂPILLĀTŪRA, f. 1. Haar-Zierd. *Tert. de cult. fœm.* Capillaturæ structores.

CĂPILLĀTUS, a, um, haaricht. *Cicer.* Benè capillatus. *Plin. lib.* 16. *cap.* 44. Capillata arbor.

CĂPILLĪTIUM, n. 2. Haar. *Apul.* 2. *Met.* Flavum & inaffectatum capillitium.

CĂPILLO, are, haarig machen. *Plin. l.* 37. *c.* 11. Polythrix (gemma) in viridi capillatur, i. capillos habere videtur.

CĂPILLŌSUS, a, um, voll Haar. *Cal. Aurel.* 5, 4. Capillosum sedimen.

CĂPILLUS, m. 2. Haupthaar. [Apud *Plautum* Capillum * etiam n. g. occurrit: Capillum satis compositum est.] *Ovid.* Positi sine lege capilli. *Id.* Electro similes capilli. *Idem*: Come-

Comere capillos. *Terent.* Involare in capillum. *Petron.* Non puto, illum capillos liberos habere: de obærato. *Prov.* Ex capillo pendere: de re casum minante, *Novarin. T.1. Adag. Eccl. p. 89.* It. *Augustin.* Nec capillum alterius lædere posse, *Id. pag. 338.* Tribuitur & *brutis. Agell.* Capillus in hædis. De *barba* occurrit apud *Cic.* Carbone capillum adurere. *Prov.* Capillus etiam umbram habet. Capillus Veneris, herba, Frauen-Haar.

CĂPIO, cepi, captum, capere, nehmen/fangen. *Cic.* Capere bello. *Plaut.* In manum capere. *Liv.* Mente capere. *Cæs.* Arma capere, i. bellū suscipere. *Cic.* Capere damnum. *Terent.* Capere exemplum de aliquo, i. imitari. *Cicer.* Fructum alicujus rei capere, i. adipisci. *Columell.* Capere noxam. *Cicer.* Capere mortem, sterben. *Col.* Capere maturitatem, reif werden. *Liv.* Capere pœnam de aliquo, einen straffen. *Cicer.* Capere somnum. *Plaut.* Vires capere. *Cic.* Capere voluptatem. Aliquando idem est, quod *Eligere. Terent.* Capere generum. Vel *Decipere. Cic.* Capere aures. Vel *Observare. Id.* Capere tempus. Vel *Delectare. Id.* Inest in his aliquid probi, quod capiat ignaros. *Horatius:* Hunc capit argenti splendor. [Hinc Capi idem, quod *Delectari, gaudere. Ovidius:* Capi munditiis. *Tib.* Precio capiuntur avari.] Item, *Continere. Terent.* Quid turbæ? ædes nostræ vix capient. *Cic.* Eam gloriam consecuti sunt, quæ vix cœlo capi posse videatur. *Id.* Amentiam ejus civitas capere non poterat. Item, *Simulare. Ter.* Gestus mihi vultusque est capiendus novus. Item, *Expugnare*, einnehmen. *Ovid.* Capere arcem. Cepit, i. *Occupavit. Cicer.* Cepit me amor. *Liv.* Cepit luctus civitatem. *Id.* Cepit animos eorum oblivio.

* CĂPIS, idis, f. 3. ein groß Trinckgeschirr. *Cicer. in Parad.* Capides & fictiles urnæ. Vid. *Fest.*

CAPISTERIUM, n. 2. ein Sieb oder Rollen. *Colum.* Capisterio expurgare.

CĂPISTRĀTUS, a, um, gehalfftert. *Ov.* Capistratæ tigres.

CĂPISTRO, are, Halfter anlegen. *Plin.* Fiscellis capistrari boves oportet.

CĂPISTRUM, n. 2. Halfter. *Ovid.* Frenare ora capistris. *Juven. Sat. 6.* Maritale capistrum, das Ehejoch. *Item*, Weiden / damit man die Reben bindet. *Colum.* Capistro constringi.

* CĂPĬTAL, n. 3. Haupt-Tüchlein. *Varro.*

* CĂPĬTAL, Adj. 3. Capital facinus, Malefitz-That. *Fest. Lucil.* Scimus, capital esse, irascier. *Plaut.* Capital facere.

CĂPĬTĀLIS, le, Adj. deß Todes werth. *Cic.* Capitalis homo. *Id.* Facinora capitalia. *Id.* Capitalis noxa. *Ulp.* Capitalem fraudem admittere. *Agell. l. 16. cap. 13.* Capitalis morbus, tödliche Kranckheit. *Cic.* Capitalis adversarius, i. qui caput & mortem alterius petit. Capitales Triumviri, die am Leben straffen. Interdum idem, quod *Solers, Ingeniosus. Ovid. 3. Fast.* Capitale vocamus Ingenium solers.

CĂPĬTĀLITER, Adv. tödlich. *Plin. Epist.* Capitaliter aliquem lacessere. *Amm.* Capitaliter odisse. Vid. *Richt. in A. J. p. 59.*

* CĂPĬTĀNEUS, m. 2. Capitain. Vid. *Reines. in Var. p. 310.*

* CĂPĬTĀTIO, f. 3. Kopffsteuer. *Jct.*

CĂPĬTĀTUS, a, um, das einen Kopf hat. *Mart.* Porrum capitatum.

CĂPĬTELLUM, n. 2. ein Häuptlein. *Plin.* Ramuli assurgunt sua capitella gerentes.

* CĂPĬTIUM, n. 2. Kappe/Schlafhauben. *Varro apud Nonium.* Apud *Ulp.* Pectoris tegmen. Vid. *Laurenb.*

CĂPĬTO, onis, m. 3. Großkopf. *Cicer. de N. D.* Duri capitones, *Plauto* sunt pervicaces, Eigensinnige. Capito quoque *Piscis* genus apud *Catonem*, & *Auson.* Vid. *Bruyerinus l. 22. de Re Cib. c. 20.*

* CĂPĬTŌSUS, a, um, der einen grossen Kopf hat. *It.* hartnäckig.

* CĂPĬTŬLĀRIS, re, Adj. Capitulare tributum, *Lindenb. in Amm. p. 50.*

CĂPĬTŬLĀTIM, Adv. nach den Capiteln. *Plin.* Breviter & capitulatim attingere.

* CĂPĬTŬLĀTUS, a, um, das Häupter hat. *Cass.* Capitulatæ costæ.

CĂPĬTŬLUM, n. 2. ein Häuptlein. *Plaut.* Operto capitulo bibere. *It.* ein Capitel.

CAPNIAS, m. 1. καπνίας, genus gemmæ. *Plin. l. 37. c. 2.*

CAPNITES, m. 1. καπνίτης, gemma. *Plin. l. 37. cap. 10.*

Capnītis, f. 3. καπνῖτις, herba, Erdrauch. *Id. l.* 34. c. 10.

Capnomantia, f. 1. καπνομαντεία, Divinationis genus è fumo.

Capnus, m. 2. herba, Erdrauch / rote Taubenkröpflein / Katzenkörbel Kraut. *Plin. l.* 16. c. 7.

Cāpo, m. 3. ein Capaun. *Martial. lib.* 13.

Cappa, κάππα, litera sic dicta, das Cappa.

Cappăris, f. 3. κάππαρις, Kapern. *Columell.* Apud *Palladium* etiam Cappar occurrit. *Tabernæmont.* p. 832.

Căpra, f. 1. eine Geiß / Ziege. *Varro.* Omnicarpæ capræ. *Virg.* Capræ feræ, Gemsen. *Prov.* Lanam quærit ovis à capra. *Novarin. T.* 1. *A. E. p.* 85. *Item*, signum cœleste. *Cicer.*

Caprāgo, herba. *Apul. de Herb. cap.* 109.

Caprārius, a, um, den Ziegen gehörig. *Solin. cap.* 1. Caprarius pastus. *Id. c.* 9. Caprarium pecus.

Caprārius, m. 2. ein Ziegen-Hirt. *Varro de Re Rust.*

Căprea, f. 1. ein Rehbock. *Martial. l.* 13. Pendentem summa capream de rupe videbis: Casuram speres, decipit illa canes. *Prov.* apud *Horat.* Capreæ prius jungentur lupis; de re incredibili. *Hieron. Epist.* 65. Ad cæteros talpæ, caprearum in me oculos possidetis, i. acutè cernitis. *Prov.* Caprea adversus Leonem pugnat, *Novar. T.* 1. *A. E. p.* 227.

* Capreŏlātim, vermischt / vermengt. *Apul.* 11. *Met.* Capreolatim cōdensi apices, i. implicatè.

Capreŏlus, m. 2. Steinböcklein. *Virg.* 2. *Ecl. Item*, eine Hack mit zwey Zincken. *Columell. l.* 11. *cap.* 3. Capreolis terra commoveatur. *Item*, Weingäbelein / *Varro lib.* 1. *de Re Rust. cap.* 31. *Item*, ligna, quæ cantherios sustinent. *Vitruv.*

Caprĭcornus, m. 2. Steinbock. Signum cœleste, *Cic.* 2. *de N. D.*

* Caprĭfĭcātio, f. 3. Art / die Feigen reif zu machen. *Plin.*

Caprĭfĭcālis dies, i. canicularis. *Plin. lib.* 11. c. 15.

Caprĭfĭcare, die Feigenbäum zahm machen. *Pallad.* 7. c. 5.

Caprĭfĭcus, m. 2. wilder Feigenbaum. *Horat.* Caprificos sepulcris eruere. *Pers. Sat.* 1. pro inanis eruditionis jactantia usurpat.

* Caprĭgĕnus, a, um, Ziegen-Art. *Plaut. Epid.* Caprigenum hominum genus non placet mihi. *Macrob. l.* 6. *Sat. c.* 5.

Caprīle, n. 3. Ziegen- oder Geißstall. *Plin.*

Caprĭmulgus, m. 2. Ziegenmelcker. *Catull. Item*, ein Nacht-Rab. *Plin. lib.* 10. c. 40.

Caprīnus, a, um, von Ziegen. *Cic.* Caprina pellis. *Prov.* apud *Horat.* Rixari de lana caprina.

* Caprĭpes, Adject. 3. mit Geißfüssen. *Lucret.* Satyri capripedes.

* Căprōnæ, pl. f. 1. die vordern Haarlocken. *Lucil. Apul. Flor.* Crines, præmulsis antiis, & promulsis capronis anteventuli & propenduli.

Caprōtīnus, a, um. *Macrob. Sat.* 1, 10. Caprotina Juno. *Auson.* Nonæ Caprotinæ.

* Capruginĕus, &, Caprugnus, a, um, vom Bock oder Geiß. *Macrob.* Capruginei lumbi. Vid. *Salm. Solin. p.* 455.

* Capruncŭlum, n. 2. irden Gefäs. *Fest.*

Capsa, f. 1. ein Kasten. *Horat.* Operta capsa.

Capsārius, m. 2. Schreiner. *It.* qui portat capsam librariam. *Suet. Ner. It.* qui vestimenta balneantium servat. *Paul. Ict.*

* Capsella, f. 1. ein klein Kästlein. 1. *Sam.* 6, 8. *L.* 12. §. *conservandi ff. de Instruct. vel instrum. Marc. Emp. c.* 23. Dormitorii cubiculi capsella.

Capsis, *antiquè, pro cape, si vis. Quint.*

* Capso, is, cepero. *Plaut. Pseud.* Si occasionem capsit. *Id. Rud.* Nisi quid concharum capsimus, incœnati sumus profectò.

Capsŭla, f. 1. idem, quod Capsella. *Catull.*

* Captātēla, f. 1. das Nehmen. *Tert.* Captatela pallii. Vid. *Salm. de Pallio p.* 367.

Captātio, f. 3. das Nachstellen. *Cic.* Captatio verborum.

Captātor, m. 3. ein Laurer. *Liv.* Auræ popularis captator.

* Captātōrius, a, um, damit man nachstellt. *Ict.* Captatoriæ scripturæ.

Captatrix, f. 3. eine Laurin. *Apul. de Phil.* Captatrix verisimilium. (*pell. l.* 3.

* Captiuncŭla, f. 1. Betrug mit Worten. *Mart. Capell. l.* 3.

Captio, onis, f. 3. ein Fang / Betrug. *Cic.* Captiones dialecticæ. *Plaut.* Captioni esse, i. fraudi, damno. Vid. *Parei L. C. p.* 172.

Captiōsè, Adv. betrüglich. *Cic.* Captiosè interrogare. Vid. *Richter in A. J. p.* 61.

Capti-

Captiōsus, a, um, betrieglich/arglistig. *Cic.* Fallax & captiosa interrogatio. *Item*, Damnosus, schädlich. *Cic.* Captiosum esse populo, dem Volck nachtheilig seyn.

*Captĭto, are, auffangen. *Apul. de Deo Socr.* Captitare omen.

*Captīvātor, m. 3. der gefangen nimmt. *Gloss. Græco-Lat.* αἰχμαλωτιστής, Captivator.

Captīvĭtas, atis, f. 3. Gefängniß. *Plin.*

Captiuncŭla, f. 1. Wort-Betrug. *Cic. ad Att.* Captiunculas pertimescere.

*Captīvo, are, gefangen führen. *Apul. 1.* Vid. *Stephanius in Sax. p. 69.*

Captīvus, a, um, gefangen. *Cic.* Captivum ducere in triumpho.

Capto, are, nachstellen. *Tib.* Captare arundine pisces. *Cicero:* Captare benevolentiam. *Mart.* Captare cœnam. *Cic.* Captare occasionem. *Horat.* Nubes & inania captare, i. ardua moliri. *Mart.* Temporum articulos captare. *Cicer.* Captare plausum. *Plin.* Captare voluptatem ex aliqua re. *JCt.* Captare verba, i. torquere.

Captūra, f. 1. ein Fang. *Plinius:* Piscium captura. *It.* Hurengewinn. *Suet. Calig. cap. 40.* Capturæ prostitutarum. *Val. M. lib. 9. c. 4.* Inhonesti lucri capturâ invitatus.

Captus, a, um, gefangen. *Claud.* Vi captus & armis. *Cic.* Amore captus, in Lieb verstrickt. Idem, quod *Victus*. *Horat.* Auro captus. *Virg.* Turpi cupidine captus. *Cic.* Captus & fraudatus, betrogen. *Liv.* Superstitione captus. Interdum idem, quod *Orbus*. *Cic.* Membris omnibus captus. *Id.* Captus mente. *Id.* Captus auribus & oculis, taub und blind. Aliquando idem, quod *Sumtus*. *Liv.* Captum tempus ad rem aliquam.

Captus, m. 4. der Verstand. *Cic. 2. Tusc.* Ut est captus hominum. *It.* das Halten. *Plin.* Trium digitorum captus, soviel einer mit drey Fingern halten kan.

*Căpŭla, f. 1. Schöpf-Faß. *Varro de L. L.*

Căpŭlāris, re, Adject. der auf der Gruben geht. *Cæcil.* Capularis senex, ein alter Greiß. *Lucil.* Capulare cadaver. *Salmasius in Solin. pag. 1205.*

*Căpŭlātor, m. 3. der da schöpft. *Cato cap. 66.*

*Căpŭlo, are, schöpfen. *Id.* Oleum frequenter capulare.

Căpŭlus, m. 2. & Capulum, n. 2. Handhab. *Virg.* Capulo tenus abdidit ensem. *Item*, ein Todenbar. *Plaut.* Capulo proximus. *Id.* Capuli decus; de sene. *It.* de re turpicula. *Priapeja:* Ad pubem capulumque.

Căpus, m. 2. ein Capaun. *Varro l. 3.*

Căput, n. 3. ein Kopf. *Senec.* Caput demetere ferro. Aperire caput, das Haupt entblössen. *Horatius:* Scabere caput; de cogitabundo. *Petron.* A capite sanguinem alicui mittere, *Prov.* Nudo capite ad flagitia prorumpere, i. omni pudore abjecto. *Novarin. T. 1. A. E. p. 95.* Caput variè accipitur. 1. Pro *Homine*. *Virg.* Charum caput. *Ovid.* Caput insuperabile bello. *Plaut.* Siquidem hoc vivet caput, i. siquidem ego vixero. 2. Pro *Vita*. *Plaut.* Capitis res est. *Cic.* Causam capitis orare. *Id.* Condemnare capitis. *Ovid.* Caput devovere. 3. Pro *Sorte*. *Liv.* De capite deducere. 4. Pro *Principio, origine*. *Cic.* A capite ducere disputationem. *Plaut.* Nec caput nec pes sermonis apparet. 5. Pro *Autore*. *Cic.* Fons & caput Socrates. *Plautus:* Caput scelerum. *Terent.* Caput esse alicui rei. *Cic.* Sine capite manat. 6. Ein Capitel. *Agell.* In capite superiore scriptum est. *Item*, Summarien. Capita rerum & orationis. *Cicer.* 7. Tandem *caput est*, idem notat, quod *est præcipuum*. *Cic.* Caput est ad benè vivendum securitas. *Id.* Deinde, quod caput est, Amico? Vid. *Hadrian. Card. p. 136.* *Formula*, Capiti eveniat! *Prov.* A capite ad calcem.

Cara, f. 1. Pastinacken. *Hirt.*

Cărăbus, m. 2. κάραβος, genus cancri. *Plin. l. 9. cap. 31.*

*Cărăcalla, f. 1. indumenti genus. *Spartianus.*

Carbas, m. Sudwest. *Vitruv. l. 1. c. 6.*

*Carbăseus, a, um, aus Leinwad gemacht. *Cic.* Carbasea vela.

*Carbăsĭneus, a, um, idem. *Varro apud Nonium.*

Carbăsĭnus, a, um, idem. *Plin.* Carbasina vela.

Carbăsus, f. 2. subtile Leinwad. *Plin. l. 19. c. 1.* *Item*, Schiffsegel. *Virg.* Vocat jam carbasus

basa ventis, i. tempus est abeundi. In pl. carbasa. Ovid. Præbere ventis carbasa.

* CARBĀTĬNÆ, pl. f. 1. καρβάτιναι, Catull. Schuh/ aus neu gegerbtem Leder. Crepidæ carbatinæ. Vid. Voss. Etym. p. 125.

CARBO, m. 3. eine geleschte Kolen. Terent. Tam atrum reddere, quàm carbo est. Pers. Sat. 5. Carbone notare, verdammen. Cic. Candens carbo, ein glüende Kole.

CARBŌNĀRIA, f. 1. Kolhütten. Tertull. E calcaria in carbonariam ire. Prov.

CARBŌNĀRIUS, a, um, zur Kolen gehörig. Aurel. Victor: Carbonarium negotium exercere, mit Kolen handeln.

CARBŌNĀRIUS, m. 2. ein Köler. Plautus Casin.

CARBŌNESCO, scere, zu Kolen werden. Aurel. Cel. 1. Tard. c. 1. Donec materia carbonescat.

CARBUNCŬLĀTIO, f. 3. der Brenner an Bäumen. Plin. l. 17. c. 24.

CARBUNCŬLO, are, & Carbunculor, ari, entzündet seyn. Plin. l. 23. c. 3. Ulcera circa oculos carbunculantia. Carbunculare etiam vites dicuntur Plinio lib. 18. c. 28.

CARBUNCŬLŌSUS, a, um, dürr / brünstig. Col. Carbunculosus ager, der voller Griesstein ist. Plin. Carbunculosa arena.

CARBUNCŬLUS, m. 2. eine Kole. Aut. ad Herenn. A vicinis corrogare carbunculos. Plaut. Amburetur misero ei corculum, ut carbunculus. It. genus terræ, Vitruv. 2. c. 6. Item, Griesfleck im Acker. Plin. l. 17. c. 4. It. ein Edelgestein. Plin. l. 37. c. 7. Fulg. 1. Myth. Diadema, exoticis phaleratum carbunculis. It. ein Geschwär. Plin. l. 23. c. 4. Vid. Castellus in Lex. Med. p. 60.

CARCER, eris, m. 3. Gefängniß. Cic. Scelerum vindex, carcer. Tacit. Carcere attineri, gefangen sitzen. Cic. Condi in carcerem. Item, ein loser Mensch. Terent. Phorm. Ain' tandem, carcer? Lucil. Carcer, vix carcere dignus. Carceres, in plur. Schrancken. Cic. Exire è carceribus. Hinc Prov. à carceribus ad calcem, Cic. i. à principio ad finem. Interdum etiam singularis adhibetur. Virg. 3. Æn. Ruunt effusi carcere currus. Et, Autor ad Herenn. Intra carcerem stare.

* CARCĔRĀLIS, le, Adj. zum Gefängniß. Prud. Carceralis cæcitas splendore lucis fulgurat.

* CARCĔRĀRIUS, a, um, idem. Plaut. Capt. Quæstus carcerarius, das Sitzgeld. Item, m. 2. ein Kerckermeister. Gloss. Lat. Gr. Carcerarius, φυλακίτης.

* CARCĔREUS, a, um, zum Gefängniß. Prud. Carcerea catena. Id. Agmina carcereo crinita situ.

CARCHĒDŌNIUS, m. 2. καρχηδόνιος, ein Edelgestein. Plin. l. 37. c. 7.

CARCHĒSIUM, n. 2. καρχήσιον, ein Pocal. Virg. Cape Mœonii carchesia Bacchi. Item, das Segelloch. Catull. Lucida quâ splendent summi carchesia mali.

CARCINIAS, m. 1. καρκινίας, gemma, marini cancri colore. Plin. l. 37. c. 11.

CARCĬNŌDES, n. 3. καρκινώδης. Plin. lib. 20. cap. 17. Carcinodes narium, Nasengeschwär.

CARCĬNŌMA, atis, n. 3. καρκίνωμα, der Krebs. Plin. lib. 20. cap. 9. Vid. Castellus in Lex. M. pag. 60.

CARCĬNUS, m. 2. καρκίνος, Krebs / animal. Item, signum cœleste. Lucan. Carcinus ardens.

CARDĂMĬNE, f. 1. καρδαμίνη, Bachmüntz. Tabernamont. p. 844.

CARDĂMŌMUM, n. 2. καρδάμωμον, Paradeißkörner. Plinius lib. 12. cap. 13. Tabernamont. pag. 1319.

CARDĂMUM, n. 2. κάρδαμον, Kresse. Prov. Edere cardamum.

CARDEA, f. 1. Dea. Tertull. de Idolol. August. 4. de C. D. c. 8.

CARDIĂCA, Hertzgesperr, Tabernam. p. 935.

CARDIĂCUS, a, um, καρδιακὸς, hertzschlechtig/ der das Hertzweh hat. Horat. 2. Serm. Non est cardiacus. Senec. Epist. 15. Bibere atque sudare, vita cardiaci est. Hinc, Morbus cardiacus, Magenweh. Cels. l. 3. c. 19. Vid. Castellus in L. M. p. 61.

CARDIALGIA, f. 1. καρδιαλγία, das Hertzweh. Castellus in L. Med. p. 61.

* CARDĬNĀLIS, le, Adj. i. principalis. Venti cardinales. Salm. Sol. p. 1249. It. ein Cardinal.

CARDĬNĀLĬTER, Adv. A cardine cœli ad cardinem. Firm. lib. 6. 14. Cardinaliter præsidere.

CARDĬNĀTUS, a, um, an den Ecken zusammengefügt. Vitruv. Tignum cardinatum.

CARDĪNEA, *Dea*, quæ præest Cardinibus. *Macrob.* Vide, *Cardea.*

CARDO, inis, masc. 3. ein Thürangel. [Veteres etiam f. g. usi, teste *Prisciano.*] *Virg.* Foribus cardo stridebat ahenis. *Item,* der Polus. *Stat.* Cardo Eous. *Item,* die Summa. *Cic.* In eo rei cardo vertitur, darauf stehet der gantze Handel. *Quint.* Cardo litium, i. summa totius litis. *Claud. Mamert. 1, 12.* Totus argumentationis cardo titubat. *Virg.* etiam pro *opportunitate* sumere videtur *1. Æn.* Haud tanto cessabit cardine rerum. *Prov.* Res in cardine est, i. articulo. *Salm. in Sol. p. 1249.* *Senec.* Extremus ævi cardo.

CARDUĒLIS, f. 3. ein Stigelitz. *Plin. lib. 10. cap. 42.*

*CARDUĒTUM, n. 2. locus, carduis consitus. Ort / da Distel stehen. *Palladius.*

CARDUUS, m. 2. Distel. *Virg. 1. Georg.* Carduus benedictus, Cardebenedict. Carduus Sphærocephalus, Sphærdistel. *Tabernæmont. pag. 1068.* Carduus lanceolatus, Speerdistel. *Id. p. 1078.*

CĀRE, Adv. theuer. *Cic.* Carè æstimare. Vid. *Richter. in A. J. p. 62.*

CĀRECTUM, n. 2. ein Ort von Rietgras. *Virg.* Post carecta latere.

*CARĒNĀRIA, f. 1. vas, in quo carenum coquitur. *Pallad. 8. c. 7.*

CARĒNUM, vini dulcis cocti genus, Art vom süssen Wein. *Pallad. lib. 11. c. 18.*

CĀREO, carui, caritum, carére, mangeln. *Ter.* Tui carendum erat. Cum Acc. *Plaut. Curc.* Id, quod amo, careo. Cum Abl. *Cic.* Crimine carere. *Plaut. Asin.* Hæc mulcta ei esto, vino viginti dies ut careat, i. abstineat. Conf. *Gocl. in Obs. L. L. p. 106. & Pareum in Lex. Cr. p. 175.*

*CĀRESCO, scere, mangeln. *Gloss. Gr. L.* στέρομαι, careo, caresco.

CĀREX, f. 3. Rietgras. *Virg.* Carice pastus acutâ.

*CĀRIANS, o. 3. das Fäule hat. *Mart. Capell. l. 1.* Cariantem tripodem.

CĀRĬCA, f. 1. dürre Feigen. *Plin. l. 13. c. 5.*

IMPŎTENS, O. 3. übermütig. *Cic.* Impotentiſſimus homo. *Id.* Impotens animus. *Id.* Impotens dominatus. *Item*, kraftlos. *Cic.* Impotens & infans homo. *Liv.* Impotens iræ. *Curt.* Impotens animi. *Tacit.* Amoris impotens.

IMPŎTENTER, Adv. tyranniſch. *Hirt.* Impotenter regnare. *Liv.* Impotentiùs regi. Vid. *Richt. A. J. p.* 369.

IMPŎTENTIA, f. 1. Unvermöglichkeit. *Cic.* Impotentia animi. *Item*, Hochmut. *Cic.* Dictorum & factorum impotentia. *Suet.* Impotentiæ voces edere.

*Impotibilis, le, Adj. unüberkommlich. *Barth. Soliloq. l. 9. c. 9.* Impotibilium votorum fulgura.

*Impræcipito, are, hineinstürtzen. *Barth. Sol. 3, 6.* Impræcipitare se paludibus.

*Imprægno, are, schwängern. [Improbat *Voss. de Vit. L.L. 1, 23.* Vide, *Prægnare.*] *Barth. in Pornod.* Imprægnabant me velut ipsis oculis; de *libidinoso intuitu.* *Sarisb. 8, 11.* Imprægnari gravidante calore.

*Impræmiatus, a, um, unvergolten. *Saxibanius in Prodigo:* Nullum impræmiatum meritum transire potest.

*Impræpedite, Adv. unverhindert. *Ammian. Marc. 17, 20.* Impræpeditè completum.

*Impræscientia, f. 1. i. non præscientia. *Tertull. 2. contra Marcion.* Deceptus ex impræscientia futuri.

*Impræsentiarum, Adv. i. in præsenti, itzund. *Voss. de Vit. L.L. 1, 25.* & *Pareus in Lex. Crit. pag. 582.*

*Impræstabilis, le, Adj. der nichts gibt. *Firmic. 8, 29.* Longævi & impræstabiles. *Salvian. l. 4. de Gub. cap. 116.* Immisericors & impræstabilis.

*Impræstans, o. 3. idem. *Gloss. Græc. Lat.* ἀπάροχος, impræstans. *Irenæus lib. 4. c. 75.* Ne quis eum putet invidiosum & impræstantem.

*Impræstatio, f. 3. i. non præstatio. *L. 22. §. ult. ff. Famil. hercisc.*

Impransus, a, um, ungessen. *Plaut.* Impransus sum. *Hor.* Impransus magister.

*Imprecatio, f. 3. das Fluchen. Improbat *Voss. de Vit. L. L. 3, 15.*

Impreciabilis, le, Adj. unschätzlich. *Reines.* Impreciabilis valor.

Imprecor, ari, Dep. Böses wünschen. *Plin.* Diras pœnas alicui imprecari. Interdum tamen in *bonam partem* accipitur. *Apul. 9.* Sermone salutem alicui imprecari.

*Imprehensibilis, le, Adject. unergreifflich. *Barth. Solil. 1, 4.*

*Impresse, Adv. heftig l. tief. *Tertull. de Castit.* Altè impressè recogitare. Impressè dicere, *Salm. de Pallio p. 344.*

Impressio, f. 3. Einfall/Angriff. *Varro:* Impressionem facere in hostem. *Liv.* Dare impressionem. *Cic.* Vi & impressione aliquem evertere. *Idem:* Explanata vocum impressio, deutliche Ausredung. Vid. *Hadr. Card. p. 282.*

Impressor, m. 3. ein Drucker. *Hermolaus Barb. de Typographo* usus est.

Impressus, a, um, hineingedruckt. *Cicer.* Sulcus altiùs impressus. *Virg.* Impressus signis crater.

Impressus, m. 4. das Andrucken. *Prud.* Pectoris impressu fracta crura.

Imprimis, Adv. zuvorderst. *Cic.* Omnes cupimus, ego imprimis.

Imprimo, pressi, pressum, primere, eindrucken. *Cic.* Imprimere sigilla annulo. *Id.* Imprimere vestigium. *Col.* Vestigiis aliquid imprimere: *Plin. Epist.* Imprimere animo. *Cic.* Imprimere in animo. *Id.* Imprimere dedecus Reip.

Improbabilis, le, Adj. das man nicht billigen kan/verwerfflich. *Cic.* Improbabilis visio. *Cels.* Improbabiles orationes. *Arnob.* Improbabiles mores.

Improbatio, f. 3. Verwerffung. *Aut. ad Her.*

Improbator, m. 3. ein Verwerffer. *Apul. de Deo Socr.* Malorum improbator, bonorum probator.

Improbatus, a, um, verworffen. *Ulpian.* Improbatum quid facere.

Improbe, Adv. böslich. *Cic.* Improbè facere. *Id.* Improbissimè comparare. Vid. *Richt. A. J. pag. 371.*

Improbitas, f. 3. Schalckheit. *Cic.* Improbitate excellere. *Id.* Robusta improbitas.

Improbo, are, verwerffen/bös achten. *Cic.* Definitionem improbare. *Plin.* Testamentum improbare.

*Improbro, are, schmähen. *Plaut. Trucul.* Rus improbrare.

Improbulus, a, um, etwas bös. *Juven. Sat. 5.* Fingere se improbulum.

Improbus, a, um, boshaftig. *Cicer.* Insignitè improbus. Aliquando pro *Sævo* ponitur. *Virgil.* Improba fortuna. *Item,* pro *Turpi.* *Plaut.* Improbiorem non vidi faciem mulieris. *Item,* pro *Audaci, impudente.* *Quintil.* Perfricare frontem & quasi improbam facere. *Suet.* Improbum os. *Item,* pro *Magno.* *Virg.* Labor improbus omnia vincit. *Item,* pro *Lascivo.*

Lascivo. Ov. Verba improba. Vid. Parem. in L. C. p. 582.

*IMPRŌCĒRUS, a, um, nicht lang. Agell. 4, 19. Corpora improcera. Gloss. Lat. G. Improcera, εὐτελῆ, ταπεινά.

*IMPROCREĀBILIS, le, Adject. unerschafflich. Apul. de Doct. Plat. Materia improcreabilis.

*IMPRŎFESSUS, a, um, der nicht eingeschrieben ist. Martian. JCt. Improfessus servus.

*IMPRŌLIS, le, Adj. ohne Kinder. Fest.

*IMPRŌLŎQUĬBILIS, le, Adj. unaussprechlich. Gloss. L. G. Improloquibile, ἀλάλητον.

*IMPRŌMISCUUS, a, um, nicht gemein. Agell. 1, 7. Liberum & impromiscuum est.

IMPROMPTUS, a, um, unbehend/langsam. Liv. Infacundior & linguâ impromptus. Aus. Sermone impromptus Latiô.

*IMPRŎPE, Adv. nah. Tertull. de Cast. Si orationem facit ad Deum, impropè est cœlo.

*IMPRŎPĔRANTER, Adv. Auson. Improperanter agens primos à carcere cursus.

IMPRŎPĔRĀTUS, a, um, langsam. Virg. Dubius vestigia Turnus Improperata refert.

*IMPRŎPĔRIUM, n. 2. Schmach. Vulg. Heb. 11, 26. Improbat Voss. de Vit. L. L. 3, 15.

IMPRŎPĔRO, are, fürwerffen. Plaut. Rud. Improperare vim. [Vid. Stephan. in Sax. p. 188. Scheff. in Petron. p. 77.] Item, hineineilen. Plin. 36, 13. Sine glomere lini aliò improperare.

*IMPRŌPĬTIĀTUS, a, um, unversöhnt. Bissel. Nihil, impropitiatis cœlitibus, moliri, i. sine precibus.

IMPROPRIE, Adv. nicht eigentlich. Agell. 17, 1. Parùm integrè, atque impropriè atque inconsideratè loqui. Vid. Richt. A. J. p. 373.

IMPROPRIUS, a, um, ungereimt / unbequem. Quint. 8, 2. Cal. Aurel. Acut. 1, 6. Improprium esse tempori.

*IMPRŌPUGNĀTUS, a, um, unvertheidiget. Ammian. Marcell. 26, 12. Impropugnatum relinquere.

*IMPRŌRUĬBILIS, le, Adj. unniderwerfflich. Barth. Solil. 17, 3. Improruibilis murus.

*IMPROSPECTE, Adv. unvorsichtig. Tertull. de Anima c. 24. Ex multitudine (ait) temporis satis improspectè.

*IMPROSPER, a, um, unglückselig. Chalcid. Improsperum alicui esse. Tac. 4. Improspera insidiarum moles.

IMPROSPĔRE, Adv. unglücklich. Col. Improsperè cedere.

*IMPROSPĔRĬTAS, f. 3. Unglückseligkeit. Chalcid. Exceptis improsperitatibus.

*IMPROSPĬCUUS, a, um, nicht wol anzusehen. Gloss. Gr. L. ἀπερίβλεπτος, improspicuus.

*IMPRŌTECTUS, a, um, unverwahrt. Agell. 13, 26. Imparatus, improtectusque. Id. 7, 8. Ratio nuda, solitaria, improtecta.

IMPRŎVĬDE, Adv. unvorsichtig. Liv. Improvidè se, & totam Remp. in præceps dare.

*IMPRŎVĬDENTIA, f. 1. Unvorsichtigkeit. Tertull. 2. contra Marcion. cap. 23. Improvidentiâ sententias vertere.

IMPRŎVĬDUS, a, um, unvorsichtig. Cic. Improvidæ hominum mentes. Tac. Consilii improvidus. Plin. Ep. Improvida tela; Passivè, quia non prævidentur.

IMPRŎVĪSE, Adv. unversehens. Plaut. Truc.

IMPRŎVĪSO, Adv. idem. Cic. Improvisò oppressit tyrannum.

IMPRŎVĪSUS, a, um, unversehen. Cicer. Improvisum, & inopinatum. Tacit. Improvisior graviorque pestis.

IMPRŪDENS, o. 3. unweis/unvorsichtig. Plaut. Imprudens peccavi, culpâ meâ. Interdum idem est, quod Ignarus; unwissend. Cicer. Hæc imprudente Syllâ facta sunt. Colum. Imprudens negocii. Terent. Imprudens rerum.

IMPRŪDENTER, Adv. unwissentlich/unweislich. Ter. Ad flammam accedere imprudentiùs.

IMPRŪDENTIA, f. 1. Unwissenheit/Unverstand. Ter. Peccare imprudentiâ. Cic. Per imprudentiam in oratione sæpè versus dicimus.

IMPŪBER, beris, unmannbar. Item, Impubis, be, o. 3. Plin. Puer impubis. Hor. Corpus impube. Cicer. Filium ejus impuberem necandum dixit. Virg. Impubes malæ. Vid. Voss. de Vit. L. L. 3, 15.

IMPŪBESCENS, o. 3. ohne Haar. Plin. 33, 7. Impubescens cortex.

IMPŪDENS, o. 3. unverschämt. Cic. Impudens mendacium. Ter. Os impudens.

IMPŪDENTER, Adv. unverschämt. Cicer. Impuden-

pudenter rogare. *Id.* Impudentissimè postulare.

IMPŪDENTIA, f. 1. Unschamhafftigkeit. *Cicer.* Quid ad hanc impudentiam addi potest?

*IMPŪDĪCĀTUS, a, um, geschwächt. *Fest.*

IMPŪDĪCĪTIA, f. 1. Unkeuschheit. *Cic.* Nomen impudicitiæ dare.

IMPŪDĪCUS, a, um, unzüchtig. *Cic.* Mulieres impudicæ. *Id.* Impudica impudentia.

IMPUGNĀTIO, f. 3. Widerfechtung / Bestreitung. *Cic. ad Att.*

IMPUGNĀTUS, a, um, bestritten. *Agell. 1, 6.* Destitutum quid & impugnatum relinquere.

IMPUGNO, are, bestreiten. *Liv.* Impugnare terga hostium. *Translatè, Cicer.* Dignitatem alicujus impugnare. *Plin.* Impugnare morbum, i. profligare.

IMPULSIO, f. 3. Antrieb / Verhetzung. *Cic.* Impulsio in hilaritatem.

IMPULSOR, m. 3. ein Antreiber / Anhetzer. *Cic.* Impulsor & adjutor. *Id.* Suasor & impulsor profectionis meæ.

*IMPULSTRIX, f. 3. Anhetzerin. *Non.*

IMPULSUS, a, um, getrieben. *Quint.* Conscientiâ impulsus ad fatendum. *Ovid.* Chordæ impulsæ pollice.

IMPULSUS, m. 4. Antrieb. *Cic.* Alienò impulsu moveri. *Cæs.* Alicujus impulsu deficere.

IMPULTRIX, f. 3. Antreiberin. *Bud. 2. de Cont. Rer. Fort.* Vis occulta casitantis aleæ impultrix.

*IMPULVIS, veris, Adj. das keinen Staub macht. *Agell. 5, 16.* Impulvere & incruentâ victoriâ. Vid. *Schott. l. 5. O. H. c. 9.*

*IMPUNCTUS, a, um, i. punctus, gestochen. *Apul. 2.* Crystallum impunctum.

IMPŪNE, Adv. ohne Straff. *Ter.* Abire impunè. *Id.* Impunè facere. *Cic.* Impunè ferre. *Horat.* Impunè minax. *Ter.* Credo, impunius mihi licere. *Plaut.* Impunissimè tibi vendere hasce ædes licet. Vid. *Richt. Ax. J. p. 378.*

IMPŪNIS, ne, Adj. ohne Schaden. *Solin.* Impunis rediit. Vid. *Salm. Solin. p. 325.*

IMPŪNĪTAS, f. 3. Erlassung / Verzeihung der Straff. *Cic.* Impunitas à sermone. *Id.* Impunitas flagitiorum. *Id.* Dare impunitatem. *Id.* Habere impunitatem & licentiam.

IMPŪNĪTUS, a, um, ungestrafft. *Cic.* Inultum & impunitum dimittere. *Horat.* Impunitior.

IMPŪRĀTUS, a, um, unrein / unflätig. *Terent.* Impuratus ille me irridet. *Tertull. Apol.* Impuratissima lingua. *Apul. 9.* Impuratissima capita.

IMPŪRE, Adv. schändlich / unrein. *Cic.* Impurè & flagitiosè vivere. *Id.* Impurissimè teterrimeque violare.

*IMPURGĀBILIS, le, Adj. unreinsam. *Ammian. 21, 4.* Impurgabile crimen.

*IMPŪRIMUS, a, um, unrein. *Gloss. Lat. Græc.* Impurimum, ἀκάθαρτον.

IMPŪRĪTAS, f. 3. Unreinigkeit. *Cic. 2. Phil.* Omnes impuritates suscipere.

*IMPŪRĪTIA, f. 1. idem. *Plaut.* Tuas impuritias traloqui nemo potest.

IMPŪRUS, a, um, unrein. *Cic.* Impura, invisa persona. *Terent.* Homo impurus, i. improbus. *Cic.* Omnium bipedum & quadrupedum impurissimus.

IMPŪTĀTOR, m. 3. der einem was aufrupft und verweist. *Sen. 2. de Benef.* Superbi & imputatores.

IMPŪTĀTUS, a, um, unbeschnitten. *Plin. 14, 12.* Ex imputata vite libari Diis nefas.

IMPŪTO, are, zurechnen. *Quint.* Cædem alicui imputare. *Sen. Ep. 8.* Hoc non imputo in solutum de tuo tibi. *Id.* Imputare magno. *Plin. Epist.* Imputare civitati terna millia, i. imperare, imponere. *Tacit.* Imputare perfidiam, i. excusare quæsitò prætextu. *Petron.* Habebo, quod cœlo imputem, si nos fata conjunxerint.

IMPUTRESCO, scere, faul werden/anfaulen. *Col. 3, 17.* Cum imputruit, conteritur. *Barth.* Imputrescere chartis.

*IMPUTRĪBILIS, le, Adj. unfaulbar / das nicht faulen kan. *Hier.* Buxus est lignum imputribile. *Paulin. Ep. 2.* Imputribilis virtus.

IMUS, a, um, das unterste. *Cic.* In ima sede hærere. *Horat.* De imo gradu aliquem tollere. *Virg.* Sensibus imis aliquid reponere. *Horat.* A vertice ad imos talos. *Prov.* Ima summis miscere.

IN, Præpos. in. Construitur cum Accus. *Tac.* Invadere in aliquem. Et cum Abl. *Cic.* In cœlo esse. *Plaut.* In Apulis natus. Aliquando pro

pro *Ad* sumitur. *Cato*: In meridiem spectat. 2. Pro *Contra*. *Plaut*. Dicere in aliquem. 3. Pro *Dum*. *Idem*: In cogitando, i. dum cogito. 4. Pro *Inter*. *Cicer*. In familiaribus alicujus esse. 5. Pro *Ob*. *Colum*. In hoc factum est. 6. Pro *Quoad*. *Cic*. In hoc similis illi est. 7. Pro *Vice*. *Senec*. In gloriam esse. 8. Pro *Per*. *Horat*. In horas mutare. 9. Pro *Usque ad*. *Martial*. In lucem potare. *Aliquando* prorsus abundat. *Plin. Epist*. In albis tunicis venire. *Plaut*. In ordine rem fateri. Inservit etiam *Circumscriptioni*. *Suet*. In crepidis esse, i. crepidatum esse. *Liv*. In armis esse, i. armatum esse. *Plaut*. In divitiis esse, i. divitem esse. Vid. *Goclen. Observ. L. L. pag. 451.*

*Ĭnăbŏlendus, a, um, unabschafflich. *Barth*. Inabolenda abolitio.

Ĭnabruptus, a, um, unbrüchlich. *Stat*. Vos Junxit inabruptâ Concordia longa catenâ.

*Ĭnabscondĭbilis, le, Adj. das sich nicht verstecken läst. *Gloss. G. L.* ἄκρυπτον, inabscondibile.

*Ĭnabsconsus, a, um, unversteckt. *Irenæi Interpres lib. 1.*

Ĭnabsŏlūtus, a, um, unverfertiget. *Apul*. Inabsolutæ rerum formæ.

*Ĭnaccessĭbilis, le, Adj. da man nicht hingehen kan. *Gloss. L. Gr.* Inaccessibilis, ἄβατος.

Ĭnaccessus, a, um, da man nicht hinkommt. *Plin*. Deserta dira & inaccessa.

*Ĭnaccresco, scere, zunehmen. *Tertull. contra Gnost. cap. 1.* Si satiaverit, nausea nominis inaccrescit.

Ĭnaccūsābilis, le, Adj. unklagbar. *Gloss. G. L.* ἀκατηγόρητος, inaccusabilis.

*Ĭnăcerbo, are, herb machen. *Gloss. Græc. Lat.* ἐμπικραίνω, acerbo, inacerbo.

*Ĭnăcesco, scere, anfangen zu säuren. *Theod. Priscian. 2, 29.* Quibus phlegmate inacescunt cibi. *Virdung. Carm.* Inacescit pectore Cypris, i. ingrata est. *Apul. 5. Met.* Si tibi, ut par est, inacuit nostra contumelia.

*Ĭnădībilis, le, Adj. da man nicht hingehen kan. *Sid. 2, 2.* Lacus voraginosus, & vestigiô inspectoris inadibilis.

*Ĭnadsĕquĭbilis, le, Adj. das man nicht erlangen oder überkommen kan. *Barth. Soliloq. 1, 2.* Numen cogitationibus inadsequibile.

Ĭnadspectābilis, le, Adj. unsichtbar. *Grut.* Sic est. Hic Numen quoque inadspectabile regnat.

Ĭnadspectus, a, um, das man nicht siehet. *Taubm. p. 1. Carm.* Vitet inadspecti tela Satanis homo.

Ĭnadversum, Adv. vornen zu. *Cas.* Inadversùm os vulnerari.

*Ĭnadūlābilis, le, Adj. der ihm nicht schmeicheln läst. *Agell. 14, 4.* Judex incorruptus, inadulabilis.

*Ĭnădustus, a, um, unangebrand. *Prudent.* Calcantem rapidos inadustis fratribus ignes.

* Ĭnæ, pl. f. 1. Venæ, filamenta vibrarum. *Varro*: Inæ vitales.

Ĭnædĭfĭcātio, f. 3. Aufbauung. *Plaut.*

Ĭnædĭfĭcātus, a, um, i. destructus, nidergerissen. *Cicer*. Sacella suffossa, incensa, inædificata. *Item*, hineingebauet. *Liv*. Ædificia inædificata & immolita.

Ĭnædĭfĭco, are, auf etwas bauen. *Cas.* Inædificare plateas. *Plinius*: Inædificari nido. *Barth. Soliloq. 10, 7.* Ærumnis ærumnas inædificare.

Ĭnæquābĭlis, le, Adj. uneben. *Varro*: Inæquabilis locus campester. *Cic*. Inæquabilis varietas.

* Ĭnæquābĭlĭtas, f. 3. Ungleichlichkeit. *Arnob. L. 2.* Elementorum inæquabilitas.

Ĭnæquābĭlĭter, Adv. ungleichlich. *Varro*: Inæquabiliter maturescere aut consenescere.

Ĭnæquālis, le, Adj. ungleich. *Martial*. Inæqualis mensa. *Ovid*. Inæquales autumni.

Ĭnæquālĭtas, f. 3. Ungleichheit. *Colum. L. 3. c. 12.*

Ĭnæquālĭter, Adv. ungleichlich. *Colum*. Inæqualiter findi. Vid. *Richt. A. J. p. 380.*

Ĭnæquo, are, ebnen / eben machen. *Cas.* Aliquid inæquare terrâ. *Tib*. Onus inæquatum.

Ĭnæstĭmābĭlis, le, Adj. unschätzbar. *Liv*. Inæstimabile gaudium.

Ĭnæstĭmātus, a, um, ungeschätzt. *Ulp*. Inæstimata prædia.

Ĭnæstuo, are, grosse Hitz haben. *Horat*. Bilis inæstuat præcordiis. *Prud*. Stomachô fellis inæstuans.

Ĭnaffābĭlis, le, Adj. i. insuavis ad loquendum, unfreundlich. *Cathol.*

INAFFECTATUS, a, um, nicht mit Fleiß gemacht / unverkünstelt. *Plin. Paneg.* Inaffectata verborum veritas.

*INAFFECTUS, a, um, i. minimè affectatus, naturalis. *Apul. 2.* Inaffectum capillitium.

*INAGGERATUS, a, um, unaufgehaufft. *Sidon. 3, 8.*

INAGITABILIS, le, Adj. unbeweglich. *Sen. N. Q.* Inagitabilis aër.

INAGITATUS, a, um, unbewegt. *Sen. Epist.* Inagitatus terroribus.

*INAGO, ere, i. præcipitare, stürtzen. *Apul. 4.* Inagere aliquem in præceps.

INALBESCO, scere, weiß werden. *Cels.* Venæ sub lingua inalbescunt. *Item,* Inalbeo, ere. *Apul. 7.* Inalbebat dies.

*INALBO, are, weiß machen. *Apul. 10. Metam.* Inalbabant cerei tenebras. *Daumius:* Quot flocculis niventes campos hiems inalbat.

INALGESCO, scere, kalt werden. *Cels.* Membrorum partes inalgescunt.

INALIENATUS, a, um, i. non permixtus, unvermischt. *Scribon. Larg.* Inalienata, sincera, bona.

INALIENUS, a, um, i. non alienus, nicht fremd. *Tert. l. 4. contra Marcion.*

*INALTERO, are, i. alterare, verändern. *Tertull. de Vel. Virg. c. 4.* Quas non divisit, tacendo inalteravit.

*INALTO, are, i. in altum tollere, erheben. *Paulin.* Qui superbos deprimit, humiles inaltat. *Apul.* Inaltatus.

INAMABILIS, le, Adject. unlieblich. *Plaut.* Inamabilis, illepidus. *Ovidius:* Inamabile ridere.

INAMARESCO, scere, bitter werden. *Horat. 5. Serm.* Inamarescunt epulæ.

*INAMBIGIBILITER, Adv. unzweifelhaftiglich. *Barth. Solil. 6, 8.* Inambigibiliter testatus.

INAMBITIOSUS, a, um, unehrgeitzig. *Ov.* Inambitiosa rura colere.

INAMBULATIO, f. 3. Spatzirung. *Cic.*

INAMBULO, are, spatziren gehen. *Cic.* Inambulare domi. *Id.* Inambulare in ripa.

*INAMBUSTUS, a, um, unversehrt/unverbrennt. *Scriban. de Pass. Chr. c. 25.* In fornace ambulabant inambusti.

*INAMISSIBILITER, Adv. unverloren. *Barth. Soliloq. 10, 9.*

INAMOENUS, a, um, unlieblich / unangenehm. *Ovid.* Inamœna regna tenere.

*INANEFACIO, facere, cassiren. *Ulpian.* Chirographô inanefactô. *Vid. Salm. de modo Usur. pag. 471.*

*INANESCO, scere, leer werden. *Amm. 23, 32.* Concussæ metu fulgurum inanescunt.

INANIÆ, pl. f. 1. Leere/Eitelkeit. *Plaut.* Inaniis oppletus atque araneis.

*INANILOQUIUM, n. 2. unnütz Geschwätz. *Vulg. 2. Tim. 2, 16. Meliss.* Nec mater dictis spondet inaniloquiis.

*INANILOQUUS, a, um, qui vana loquitur. Item, *Inanilogus. Plaut. Pseud.* Surdus sum: profectô inanilogus es.

*INANIMALIS, le, Adj. leblos. *Macrob. Sat. 4, 6. Apul. in Asclep.* Animalia omnia & inanimalia.

INANIMATUS, a, um, idem. *Cic. in Top.* Animata inanimatis anteponantur.

*INANIMENTUM, n. 2. vergebliches Wesen / Eitelkeit. *Baud.* Inanimentis pectus implere.

*INANIMO, are, lebhaft machen. *Scribanius in Prodigo:* Spiritus, corpus inanimans, inhabitans.

INANIMUS, a, um, leblos / seellos. *Cic.* Muta & inanima. *Plin.* Inanima caro. *Vid. Pareus in L. Cr. pag. 587.*

INANIO, ire, ausleeren. *Plin.* Inanire alvum. *Tert. lib. de Anim.* Aristoteles, nescio, an sua paratior implere, quàm aliena inanire.

*INANIPELLIS, le, Adj. der nichts als Haut ist. *Vide, Armiperdus.*

INANIS, ne, Adj. öd/leer/vergeblich. *Cic.* Inanis rediit. *Id.* Inanis equus, i. cui nemo insidet. *Id.* Cogitationes inanes, i. vanæ. *Horat.* Operam inanem sumere. Construitur aliquando cum *Gen. Ovid.* Corpus, animæ inane. *Cic.* Inanissimus prudentiæ. Aliquando cum *Abl. Cic. ad Att.* Epistola, inanis re utili. *Inane*, n. 3. aliquando pro *Aëre* sumitur. *Ovid.* Raptus per inania vento.

INANITAS, f. 3. Eitelkeit. *Cic.* In summa versari inanitate. *Plaut.* Mihi inanitate jamdudùm intestina murmurant.

INANITER, Adv. umsonst / ohne Ursach. *Cic.* Inaniter exultare. *Horat.* Pectus inaniter angit. *Vid. Richt. A. J. p. 379.*

*INANTE, an. Inante diem, i. eô ipsô die. *Propert. 2.* Hic doctrinam exemplo ponat inante meam. Vid. *Martin. in Etymol.*

INAPERTUS, a, um, das nicht offen ist. *Sil.* Senectus inaperta fraudi.

INAPPARATIO, f. 3. i. incuria, Unfleiß. *Aut. ad Her.* Ex altera parte inapparatio demonstrabitur fuisse.

*INAPPREHENSIBILIS, le, Adj. unergreifflich. *Tertull. contra Hermog. c. 43.* Motus inapprehensibilis.

*INAQUO, are, zu wasser machen. *Cal. Aur. Acut. 1, 14.* Inaquare aliquid, i. in aquam vertere.

*INAQUOSUS, a, um, wasserleer. *Tertull. de Bapt.* Serpentes arida & inaquosa sectantur. *Gloss. G. L.* ἄνυδρος, inaquosus.

INARATUS, a, um, ungeackert. *Horat.* Tellus inarata.

INARDEO, ēre, &, INARDESCO, inarsi, inardescere, anbrennen. *Virg.* Solis inardescit radiis nubes. *Hor.* Æstuosius inardere. *Translatè, Cod. Theod. L. 12. T. 11.* Novis calumniarum facibus inardescere.

INAREFACTUS, a, um, ausgedörrt. *Plinius:* Cinis inarefactus.

INARESCO, scere, verdorren / dürr werden. *Columella:* Inarescens ficus à rore. *Quintil.* Lacrimæ inarescunt. Confer *Salmas. in Solin. pag. 87.*

INARGENTATUS, a, um, übersilbert. *Plin.*

INARGUTE, Adv. nicht subtil. *Agell. 21, 13.* Non inargutè, nec incallidè opponere.

INARGUTUS, a, um, unverschmitzt. *Ulp.* Sententia non inarguta.

INARO, are, das Feld pflügen. *Varro de Re Rust. 1, 23.* *Col.* Inarare arbores, umhacken.

*INARRHO, are, i. in arrham pro aliquo dare. *Cathol.*

INARTICULATUS, a, um, undeutlich. *Arnob. 2.* Inarticulatum quid clamare.

INARTIFICIALIS, le, Adj. unartlich. *Quint.*

INARTIFICIALITER, Adv. nicht künstlich. *Quintil.* Gerere se in aliqua re inartificialiter. Vid. *Richt. A. J. p. 382.*

INASCENSUS, a, um, unbesteiglich. *Plin. Paneg.* Inascensus locus.

INASPECTUS, a, um, unsichtbar. Vide, *Inadspectus.*

*INASPECTUS, m. 4. das Anschauen. *Apul. 2. Met.* Oculi, aquilino prorsus inaspectu micantes.

*INASPICABILIS, le, Adj. unsichtbar. *Gloss. G. L.* ἀόρατος, invisibilis, inaspicabilis.

*INASPICUUS, a, um, idem. *Auson.* Semper inaspicuis prodentur scripta favillis.

INASSATUS, a, um, gebraten. *Plin.* Inassatus in ligneo veru. Vid. *Reines. in Var. p. 390.*

INASSUETUS, a, um, ungewohnt. *Ovid.* Manu inassuetâ aliquid agere.

*INATTAMINATUS, a, um, unbefleckt. *Tertull. de Cor. Mil.* Rem inattaminatam servare.

INATTENUATUS, a, um, unvermindert. *Ovid.*

*INATTINGIBILIS, le, Adj. unberührlich. *Barth. Solil. 4, 3.* Inattingibilis dilectio.

INAUDAX, o. 3. nicht kühn / verzagt. *Horat. 3. Carm.* Fugies inaudax Prælia raptor.

INAUDIBILIS, le, Adj. das man nicht hören kan. *Cic. ad Attic.* Filius inaudibilis, i. non audiendus. *Censorin. cap. 13. de D. N.* Concinnare melodiam, sed nobis inaudibilem. Improbat *Goclen. in Obs. L. L. p. 430.*

*INAUDIENDUS, a, um, das nicht zu hören ist. *Barth. Solil. 1, 3.* Inaudita, neque inaudienda.

*INAUDIENTIA, f. 1. i. inobedientia, Ungehorsam. *Cyprian. Epist. 28.* Perniciem sibi provocare per inaudientiam.

INAUDIO, ivi, itum, ire, hören sagen. *Cicer.* Numquid de quo inaudîsti? *Plaut.* Credo, illum inaudîsse, mihi esse thesaurum.

INAUDITIUNCULA, f. 1. eine kleine Lection. *Agell. 5, 21.* Quædam Grammaticæ disciplinæ inauditiunculæ.

INAUDITUS, a, um, ungehört. *Sueton.* Inauditum condemnari. *Tacit.* Inauditus & indefensus. *Item*, unerhört. *Cic.* Inauditus omni memoriâ. *Id.* Inauditus Græcis.

*INAVERSIBILIS, le, Adj. unabwendlich. *Apul. Asclep.* Æternitas inaversibilis, immobilis, insolubilis.

*INAUGEO, ēre, vermehren. *L. 27. in fin. ff. de lib. caus.*

*INAUGIBILIS, le, Adj. unvermehrlich. *Barth. Sol. 16, 8.* Inaugibilis & imminuibilis Dei bonitas.

INAUGURATO, Adv. i. auguriis addicentibus, durch Vogelgeschrey. *Liv.* Id inauguratò Romulus fecerat.

INAUGURATUS, a, um, geweihet. *Apul.* Inauguratus poculis.

INAUGURO, are, weihen. *Item*, auf Vogelgesang

Acht haben. *Liv.* Locum capere ad inaugurandum. *Id.* Inaugurare in locum alterius.

*INAURĀTOR, m. 3. Goldschmid. *Firm. 3, 4. Gloss. L. G.* inaurator, χρυσωτὴς.

INAURĀTUS, a, um, übergüldet. *Cicer.* Inaurata statua. *Aut. ad Herenn.* Pallâ inauratâ indutus.

INAURIS, f. 3. Ohrenspang. *Plaut.* Inaures dare.

*INAURĪTUS, a, um, ohrenlos. *Agell. 7, 6.* Inaurita animalia.

INAURO, are, übergülden. *Cic.* Inaurari ab aliquo. *Horat.* Ut te Confestim liquidus Fortunæ rivus inauret. *Sarisb. 3, 8.* Florere & prosperorum incursu inaurari.

INAUSPĬCĀTO, Adv. zur bösen Stund. *Cic.*

INAUSPĬCĀTUS, a, um, unglücklich. *Plin. lib. 28. c. 2.*

INAUSUS, deß sich niemand unterwindet. *Senec. Ep.* Nihil fortunæ inausum. *Sen. Tr.* Inausa audere.

*INAUXĪLIĀTUS, a, um, hülfflos. *Vulg. Sap. 12, 16.*

*INBALNITIES, f. 5. Wust. Vide, *Imbalnities.*

INCÆDUUS, a, um, das nicht abgehauen wird. *Ovid.* Lucus incæduus, Bannwald.

*INCĂLĀTĪVE, Adv. i. vocativè. *Fest.*

INCĂLESCO, calui, calescere, warm werden. *Liv.* Incalescere vinô. *Ovid.* Incaluêre animi.

INCALFĂCIO, facere, warm machen. *Ovid.* Culmos Titan incalfacit udos.

*INCĂLĪGĬNO, are, vertunckeln. *Barth. Soliloq. 6, 4.* Incaliginare mentem.

INCALLEO, ére, hart werden. *B. Mantuan.* Postquam incalluit hæc consuetudo.

INCALLĬDE, Adv. unklüglich. *Cicer.* Non incallidè tergiversari.

INCALLĬDUS, a, um, unverschlagen / unverschmitzt. *Cic.* Homines non incallidi. *Ovid.* Judex incallidus. *Capitol. in Macrino:* In jure non incallidus.

*INCALLO, are, dick/ oder hart machen. *Veget. 2. Rei Vet. 27.* Carnem indurare, & incallare.

*INCĂLO, are, i. invocare, anruffen. *Fest.*

*INCANDEFĂCIO, facere, gluend machen. *Barth. Solil. 2, 12.* Incandefacere suspiria.

INCANDEO, ére, gluen. *Jov. Pont.* Æther ignibus incandens. *Oros.* Gravis æstus incanduit.

INCANDESCO, scere, gluend werden. *Virg.* Incanduit æstu. *Ovid.* Incandescere eundô.

*INCANDĬDO, are, weiß machen. *Firmicus de Error. Prof. Relig.* Quære puros liquores, ut illic te post multas maculas cum Sp. S. Christi sanguis incandidet.

*INCANDĬDUS, a, um, nicht weiß. *Gloss. Gr. L.* ἀλεύκαντος, incandidus.

INCĀNESCO, scere, grau werden. *Catull.* Spumis incanuit unda.

INCANTĀMEN, n. 3. Zaubergesang. *Baud.* Sirenum scopulos atque incantamina Circes.

INCANTĀMENTUM, n. 2. Zauberey. *Plin. 28, 2.* Incantamenta carminum.

INCANTĀTIO, f. 3. idem.

INCANTĀTOR, m. 3. Zauberer. *Firm.*

INCANTĀTŌRIUS, a, um, zum Beschweren gehörig. *Barth. in Pornod.* Incantatoria secreta.

INCANTĀTUS, a, um, mit Zauberey beschweren. *Horat.* Vincula incantata lacertis.

INCANTO, are, mit Zauberey beschweren/ bezaubern. *Plin.* Qui malum carmen incantassit. *Spart. in Didio:* Incantare carmina. Item, *Canere. Apul. 8.* Passerem incantantem sepiculæ arripere.

INCĀNUS, a, um, grau vor Alter. *Virg.* Barbas incanaque menta. *Col.* Incanæ herbæ, grau von Tau. *Ovid.* Labra incana situ.

*INCĂPĀBĬLIS, le, Adj. unbegreifflich. *Gloss. Gr. Lat.* ἀχώρητος, incapabilis. *Interp. Irenai 4, 37.* Incapabilis visibilem se & comprehensibilem præstat.

*INCĂPAX, c. 3. i. minimè capax, unfähig. *Prud.* Incapax sacramenti. *Id.* Ædem solvi incapacem posse, nec destructilem.

*INCĂPISTRO, are, i. illigare capistro, einhalftern. *Apul. 10.* Malis incapistrare erroribus.

*INCARCĔRO, are, gefangen setzen. *Sarisb. 6, 18.* Improbat hoc verbum *Voss. de Vit. L. L. 4, 11.*

*INCARDIUM, n. 2. i. medulla, corculum. *Theod. Prisc. 1, 12.* [*Alii* vocant, *Incordium.*]

INCARNĀTIO, f. 3. Menschwerdung.

*INCARNO, are, Fleisch machen. *Tertull. de Carn. Christi.* Incarnari & conviscerari.

*INCĀSEĀTUS, a, um, i. instar casei coagulatus. *August. 9. Conf.* Mons incaseatus.

INCASSUM, Adv. umsonst. *Liv.* Incassum tela jactare. *Virg.* Ignis furit incassum.

INCA-

INCASTIGĀTUS, a, um, ungestrafft/ungezüchtigt. *Horat.* Non dimittere incastigatum.

***INCASTRĀTŪRA**, f. 1. i. tabularum compaginatio. *Vulg. Exod.* 26, 17.

INCĀSŪRUS, a, um, zukünfftig/zufällig. *Plin.* 2, 27. Incasura erant illa.

INCĀTĒNĀTIO, f. 3. Verstrickung. Vide, *Illaqueatio.*

INCĀTĒNĀTUS, a, um, eingefesselt. *Barth. Soliloq. lib.* 6. *c.* 3. Assignatus incatenatusque stultitiæ.

INCĀVO, are, hol machen. *Col.* 4, 25.

INCAUTE, Adv. unvorsichtig. *Cicer.* Stultè omnia & incautè agi judico. *Liv.* Muros subire incautè.

***INCAUTĒLA**, f. 1. Unbehutsamkeit. *Salvian.* 6. Ne multi per incautelam deperirent. *Rittersh. in Salv. p.* 229.

INCAUTUS, a, um, unvorsichtig. *Liv.* Invadere incautum. *Horat.* Haud incauta futuri; de *Formica.* *Tac.* Iter incautum, das der Feind nicht verlegt hat.

INCĒDO, cessi, cessum, cedere, hineingehen/tretten. *Liv.* Magnificè incedere. *Id.* Incedere ad urbem. *Plaut.* Incedere per viam. *Id.* Incedere viâ. *Ovid.* Tardô passu incedere. *Liv.* Incedit pedes. *Virgil.* Longô ordine incedere. Vide, *Incesso.*

***INCĒLĀTUS**, a, um, unverborgen. *Gloss. Gr. L.* ἄκρυπτον, incelatum, inabscondibile.

INCĒLEBRĀTUS, a, um, ungemeldt. *Tacit.* Ab aliis incelebrata.

INCĒLEBRIS, bre, Adj. nicht berühmt. *Macrob. Sat.* 1, 7. Inter Cynicos non incelebris.

***INCENDĒFĀCIO**, facere, anzünden. *Trebell.* Incendefacere carraginem. Vid. *Salm. H. A. p.* 330.

INCENDIĀRIUS, m. 2. ein Mordbrenner. *Suet. Vitell.* Et, *Adj.* Incendiarius, a, um, das anzündet. *Amm.* 20, 29. Incendiaria tela. *Plin.* 10, 13. Incendiaria avis.

INCENDIŌSUS, a, um, hitzig/brünstig. *Apul. de Herb.* Folia, acriora gustu & incendiosa. *Fulg.* 1. *Myth.* Fervor Solis, torrentibus mensibus incendiosior.

INCENDIUM, n. 2. Brunst. *Cic.* Facere incendium. *Id.* Improbitatem, tanquam incendium aliquod, restinguere. *Senec. de Tranq.* 1, 2. Quasi ad incendium currere. *Translatè, Virg.* Incendia belli, i. vis. *Fab. Decl.* 12. Incendium annonæ. *Sall.* Incendium suâ ruinâ extinguere. *Cic.* Conflagrare invidiæ incendiô.

INCENDO, cendi, censum, cendere, anzünden. *Plaut.* Incendere odorem. *Virg.* Incendere agros. *Translatè, Virgil.* Animum incendere amore, dictis. *Id.* Clamore incendere cœlum. *Cic.* Desideriô incendi. *Plaut.* Incendi irâ. *Cic.* Incendi gloriâ ad studia. *Id.* Incendere in se odia. *Varro.* Incendere annonam. Vid. *Pincier in Parerg.* 3, 56. Item, *Celebriorem reddere.* *Virg.* Opus incendit artificem.

INCENSE, Adverb. hitzig. *Agell.* 10, 3. Incensè atque acriter facere.

INCENSIO, f. 3. Brunst/Brand. *Cic.* Incensione urbem liberare. *Idem:* Incensio Capitolii.

***INCENSĪVUS**, a, um, entzündend. *Macer.* 4, 10. Juniperi virtus est incensivaque & acris.

INCENSOR, m. 3. Anzünder. *Veget.* 4, 8. Incensor messium. *Ammianus* 31. Incensor turbarum.

INCENSUS, a, um, entzündet. *Virg.* Incensum pectus amore. *Cicer.* Ad Remp. benè gerendam incensus. *Virg.* Incensus furiis. *Cic.* Incensus irâ.

INCENSUS, a, um, nicht geschätzt. *Cicer. Liv.* Populus, per multos annos incensus.

INCENTIO, f. 3. Aufblasung. *Agell.* 4, 13. Incentiones tibiarum. *Item*, Gesang. *Agell.* 16, 11. Incentionibus, herbarumque succis facere medelarum miracula.

INCENTĪVUM, n. 2. Stachel/Anreitzung. *Plin. Paneg.* Spartanæ tibiæ incentivum aliquod feruntur habuisse. *Arnob.* 4. Incentivo laudis extollere. *Prudent.* Incentivum peccaminis. Vid. *Voss. Etym. p.* 102.

INCENTĪVUS, a, um, qui incendit. *Varro de Re Rust.* 1, 2. Incentiva tibia. *Prud.* Terras lues incentiva fatigat.

INCENTOR, m. 3. i. cantor, qui incinit. Item, *Suasor.* *Symmach.* 3. Hac in re F. opportunus tibi incentor accedat. *Sidon.* 8, 11. Factionis fomes, incentor, antesignanus. Vid. *Isidor.* 6, 19.

INCENTRIX, f. 3. Anzünderin. *Barth. Solil.* Flamma, mentium incentrix.

INCENTUS, m. 4. Gesang. *Barth. Solil.* 19, 22. Pulsis corda movens incentibus.

*INCEPS, i. deinceps, *Antiquè. Fest.*

INCEPTIO, f. 3. Anfang. *Cic.* Inceptio præclari operis.

INCEPTĪVUS, a, um, i. initialis. *Diomed. Gr.* Inceptiva litera.

INCEPTO, are, anfangen. [*Alii* scribunt, *Incœpto.*] *Ter.* Inceptare facinus. *Plaut.* Inceptare iter.

INCEPTOR, m. 3. Anfanger. *Ter.* Voluptatum omnium inventor, inceptor, perfector. *Avienus:* Carminis inceptor mihi Jupiter.

INCEPTUM, n. 2. Vornehmen. [*Alii* scribunt, *Incœptum.*] *Cicer.* Inceptum contra patriam deprehendere. *Sil.* Absistere inceptis. *Virg.* Peragere inceptum.

INCEPTUS, a, um, angefangen. *Virg.* Decernere laborem inceptum. *Id.* Celerare iter inceptum. *Ovid.* Opus inceptum destituere. *Ter.* Turpe inceptu.

INCEPTUS, m. 4. Vorhaben. *Corn. Nep. in Iphicr.* Retardare alicujus inceptus.

INCERĀTUS, a, um, gewichset. *Cels. 8, 8.*

INCERNĬCŬLUM, n. 2. ein Sieb. *Plin.* Arcere aliquem ab incerniculis.

INCERNO, cernere, beuteln. *Cat.* Terram cribrô incernere.

INCĒRO, are, wichsen. *Juven. Sat. 10.* Genua incerare Deorum. *Prud.* Incerare lapides.

INCERTE, Adv. ungewiß. *Enn. apud Agell. 19, 10.* Incertè errat animus.

*INCERTĬTŪDO, f. 3. Ungewißheit. Vid. *Voss. de Vit. L. L. 1, 16.*

*INCERTO, are, ungewiß machen. *Plaut. Epid.* Longa dies animum incertat meum. *Apul. 5.* Singultu lacrimosô sermonem incertans.

INCERTO, Adv. ungewiß. *Plaut.* Incertò scio.

INCERTUM, n. 2. Ungewißheit. *Papinian.* Incertum conditionis. Incertum opinionis, *Pareus in L. C. p. 590.*

INCERTUS, a, um, ungewiß. *Cicer.* Eventus futuri temporis incerti. *Ter.* Incertus animi. *Liv.* Incertus veri. *Ter.* De uxore incertus sum. *Cicer.* Incertus eram, ubi esses. *Ovid.* Quavis incertior aurâ. *Plaut.* Incertô me, i. insciô.

*INCESSĀBĬLIS, le, Adj. unaufhörlich. *Cæl. Aurel. Tard. 4, 6.* Incessabile ventris egerendi desiderium.

*INCESSANTER, Adv. ohne Aufhören. *Sidon. 8, 11.* Incessanter autores legere. *Dracont.* Quos incessanter licet evomit impete plenô.

INCESSIO, f. 3. das Schelten. *Cic. ad Att.* Incessionum archetypa, i. origo vituperationum.

INCESSO, cessi, cessitum, cessere, hinzukommen/ankommen. *Col.* Cùm autumnus incesserit. *Liv.* Incessit homines admiratio, es ist sie eine Verwunderung ankommen. *Id.* Incessit eum cupido Tarenti potiundi. Item cum *Dativo. V. Max.* Nec mihi cuncta complectendi cupido incessit. *Liv.* Gravior cura Patribus incessit. [Vid. *Goclen. in Probl. Gr. 1, 46.*] *Liv.* Jaculis aliquem incessere. *Ovid.* Dictis aliquem incessere. *Liv.* Incessit morbus in castra. *Sall.* Incessit mos, i. invaluit. *Tacit.* Valetudo eum incessit, er ist erkrancket. *Ter.* Incessit te religio.

INCESSUS, m. 4. Einhergang. *Cic.* Fingere vultum & incessum. *Ovid.* Exprimere alicujus incessum.

INCESTĀTOR, m. 3. Blutschänder. *Adhelm. de Virg. c. 18.* Petulcus incestator.

INCESTATRIX, f. 3. Blutschänderin. *Barth. Solil. 10, 3.* Incestatrix rationis, libido.

INCESTE, Adv. mit Blutschand. *Cic.* Incestè uti aliquâ re. *Suet. Ner.* Incestè libidinatus.

*INCESTĬFĬCUS, a, um, qui facit incestum. *Senec. Tr.* Nefandus, incestificus, execrabilis.

INCESTO, are, Blutschand begehen. *Tacit.* Incestare filiam. *Sarisb.* Sororis cubilia incestare. *Sidon. l. 3. Epist. 13.* Inverecundis verbis aurium reverentiam incestare, i. polluere.

INCESTUM, n. 2. & INCESTUS, m. 4. Blutschand. *Lactant. 1, 17.* Evidens incestum, quod nullô modô possit colorari. *Suet.* Incesti reus. *Id.* Incesta Vestalium severè coërcere. *Quintil.* Incestum committere.

INCESTUŌSE, Adv. idem, quod *incestè.* Vid. *Richt. A. J. pag. 388.*

*INCESTUŌSUS, a, um, blutschänderisch.

INCESTUS, a, um, i. pollutus, mit Blutschanden besudelt. *Cicer.* Os incestum. *Tac.* Nuptiæ incestæ. *Plinius Paneg.* Incestæ noctes. *Liv.* Sermo incestus. *Plin.* Incesta Vestalis.

*INCHARAXO, are, ungestalt machen. *Irenæi Vetus Interpres 3, 3.* Incharaxare veritatem, i. deformare. *Apic. 6, 4.* Incharaxare avem, i. perforare.

*INCHOAMENTUM, n. 2. Anfang. *Martian. Capell. lib. 9.* Ad inchoamentorum ordinem redire.

*INCHOATIVUS, a, um, quod inchoando inservit. Hinc *Grammaticis*, Verba inchoativa. *Gloss. G. L.* ἐναρκτικόν, inchoativum.

INCHOATOR, m. 3. ein Anfänger. *Prud.* Mortis inchoator; de *Caino*.

INCHOATUS, a, um, angefangen. *Cic.* Primæ inchoatæq; naturæ. *Id.* Mancus & inchoatus.

INCHOO, are, anfahen. [*Aliis* scribitur *Incoho*. Vid. *Gocl. Problem. Gr. 2, 45.*] *Cic.* Inchoare Philosophiam. *Horat.* Spem longam inchoare. *Virgil.* Inchoare aram Stygio regi, i. perficere.

*INCIBO, are, ätzen. *Schol. Juvenal.* Hirundo incibat filios suos.

*INCICUR, Adj. wild / rauh. *Pacuv.* Reprime incicurem iracundiam.

*INCIDENTER, Adv. beyfälliger Weis. *Sarisb. Praf.* Quæ incidenter dicta sunt.

INCIDO, incidi, incasum, incidere, fallen / einfallen. *Virgil.* Ad terram incidere, i. cadere. *Cic.* In manus hostium incidere. *Id.* Incidunt in eum diem mysteria. *Idem:* In morbum incidere. [*Pareus in L. C. p. 591.* notat, inveniri etiam cum *Acc.* ut: Incidere periculum, insidias.] *Cicer.* Homini præter opinionem incidere, i. occurrere. *Ter.* Incidit amori nostro calamitas. *Id.* Hæc res mihi in mentem incidit. *Liv.* Mentio de Philippo incidit. Interdum idem est, quod *Evenire*. *Liv.* Incidit infeliciter, ut talem civem amitteremus.

INCIDO, incidi, incisum, incidere, abhauen / abschneiden. *Virgil.* Vites incidere falce. *Horat.* Incidere ludum. *Cic.* Nervos virtutis incidere. *Liv.* Incidere sermonem, in die Red fallen. Interdum pro *Insculpere* sumitur, eingraben. *Plin. Paneg.* Non saxis, sed monumentis æternæ laudis incidere. *Cic.* In æs incidere. *Ovid.* Verba incidere ceris.

INCIDUUS, a, um, unabgehauen. *Ovid.* Silva incidua.

*INCIENS, f. 3. partui propinqua. *Arnob. 7.* Scropha inciens.

INCIEO, ēre, i. voco, moveo. *Lucret. 6.* Et Venus in silvis incibat corpora amantum.

INCILE, n. 3. ein Wasserlauff. *Col. 5, 9.* Incilia excitentur, quæ limosam aquam ad codicem deducant. *Ulpian.* Prima incilia, & principia fossarum. *Apul. 9.* Via, lacunosis incilibus voraginosa. *Cato cap. 155.* *Inciles* usurpat: In monte plures inciles habere oportet.

*INCILO, are, i. increpare, schelten. *Accius apud Non.* Qui me incilant probris, sermone indecorant. *Lucret. 3.* Jure agat, jure increpet, inciletque. Vid. *Meurs. p. 2. Ex. C. p. 241.*

INCINCTUS, a, um, gegürtet. *Liv.* Incinctus cinctu Gabino. *Ovid.* Mitra canos incincta capillos. *Apul.* Incinctus baltheô.

INCINERATIO, f. 3. das Einäschern. *B. Mantuan.* Desiccatio, quam Medici incinerationem vocant.

*INCINERO, are, einäschern. *Daum.* Incineratus flammâ. Vid. *Stephan. in Sax. p. 101.*

INCINGO, cinxi, cinctum, cingere, umgürten. *Ovid.* Incingi laurô. *Id.* Urbes incingere mœnibus. *Id.* Aras incingere verbenis. *Apul. 8.* Incingere se gladiô, das Schwert angürten.

INCINO, cinui, centum, cinere, dreinsingen. *Prop.* Varios incinere ore modos. *Agell. 1, 11.* Frequentamenta quædam incinere.

*INCIPERO, are, i. imperare, gebieten. *Plaut. Truc.*

INCIPIO, cepi, ceptum, cipere, anfahen. *Ov.* Annus incipit à frigoribus. *Cic.* Incipio sperare. *Quint.* Abruptè aliquid incipere. *Ter.* Amicitiam incipere. *Plaut.* Incipere iter.

*INCIPISSO, i. incipio. *Plaut. Capt.* Brevem orationem incipisse. *Id.* Maximas nugas incipisso.

*INCIPIUM, n. 2. Anfang. *Blyburgius:* Vita ultimum malorum, & incipium boni.

INCIRCUMCISUS, a, um, unbeschnitten. *Prud.* Nec victum vivere regem Incircumcisum patitur.

INCIRCUMSCRIPTIBILIS, le, Adj. unumschreiblich. *Barth. Sol. 6, 10.*

INCIRCUMSCRIPTUS, a, um, i. infinitus. *Prud.* Figuram non habet in se Incircumscriptus DOMINUS.

INCISE, Adv. i. per incisiones, minutatim. *Cic.* Incisè, membratimve dicere.
INCISIM, Adv. idem. *Cic.* Pedibus incisim, deinde membratim dicere.
INCISIO, f. 3. ein Hieb / Schnitt. *Col.*
INCISOR, m. 3. der schneidet. *Isidor*: Incisores dentes.
INCISORIUM, n. 2. Messer. *Sarisb. 5, 10.* Si incisorium aptius fuerit.
INCISORIUS, a, um, damit man schneidt. Incisorius culter, Hackmesser.
INCISUM, n. 2. i. comma. *Cicer.* Incisa & membra.
INCISURA, f. 1. das Abschneiden. *Plin.* Pili ab ipsa incisura augentur. *Item*, Linien. *Plin.* In manu duas incisuras longas habere.
INCISUS, a, um, eingegraben. *Cicer.* Carmen incisum in sepulcro. *Suet.* In æs incisus. *Cic.* Incisum grandibus literis *nomen in basi. *Item*, abgeschnitten. *Liv.* Spe omni reditus incisâ.
INCISUS, m. 4. ein Schnitt. *Plin.* Proximus annus ab incisu.
*INCITA, f. 1. Armut. *Prov.* Ad incitas redigi. *Plaut. Trin.* Ad incitas redactus. Vid. *Pincier in Parerg. 4, 8.* & *Pareus in L. C. p. 591.*
*INCITABILIS, le, Adj. anreitzerisch. *Gloss. G. L.* παροξυντικὸς, incitabilis.
INCITABULUM, n. 2. Anreitzung. *Agell. 15, 2.* Fomes & incitabulum ingenii; uti est in quibusdam exemplaribus. *Barth. Solil. 3, 16.* Opes, vitiorum cunabula & incitabula.
INCITAMEN, n. 3. idem. *Virdung. in Carm.* Sit incitamen seculis cunctis factum hoc.
INCITAMENTUM, n. 2. idem. *Cic.* Incitamentum periculorum & laborum. *Liv.* Incitamentum ad vincendum.
INCITATE, Adv. schnell / eilend. *Cicer.* Nihil acrius, neque incitatius fieri potest. Vid. *Richt. A. J. p. 383.*
INCITATIO, f. 3. Schnelligkeit. *Cicer.* Magnâ incitatione ferri. *Item*, Antrieb. *Cicer.* Acri & vehementi incitatione inflammari.
INCITATOR, m. 3. Anreitzer. *Prud.* Incitator & fax omnium.
INCITATUS, a, um, bewegt / getrieben. *Cicer.* Incitatus irâ. *Id.* Mitigare incitatum populum. *Id.* Studium incitatum ad inveniendam veritatem. Aliquando pro *Vehementi* ponitur. *Cic.* Incitatus furor.
INCITATUS, m. 4. Trieb. *Plin. 2, 45.* Assiduus mundi incitatus. *Alii* legunt, *Incitu.*
INCITEGA, f. 1. machinula, in qua vini amphora constituebatur in cōvivio. Vid. *Martin. Etym.*
INCITO, are, bewegen / antreiben. *Cic.* Incitare currentem. *Id.* Incitare ad scribendum. *Id.* Incitari in studia. *Id.* Incitari contra aliquem. *Id.* Incitare aliquem spe non dubiâ.
*INCITUS, a, um, schnell. *Accius apud Cic.* Inciti atque alacres delphini. *Lucret. 6.* Validi vis incita venti.
INCIVILIS, le, Adj. unhöflich. *Agell.*
INCIVILITER, Adv. unbescheiden. *Tacit.* Agere incivilius.
INCLAMATUS, a, um, geruffen. *Plin.* Inclamatus à puero. *Lact. 4, 26.* Nomine suô inclamatus.
INCLAMITO, are, oft anschreyen. *Plaut. Epid.*
INCLAMO, are, laut ruffen. *Cicer.* Te para, ut, si inclamaro, advoles. *Liv.* Inclamare aliquem magnâ voce. Interdum idem est, quod *Objurgare. Plaut.* Inclamare hospitam. *Ov.* Inclamare comites. *Id.* Timidæ inclamare puellæ.
INCLAREO, ere, & INCLARESCO, clarui, clarescere, berühmt werden. *Plin. Paneg.* Artibus inclaruisse. *Id.* Inclaruit in auro cælando. *Item*, hell werden. *Arator*: Tertia sidereis inclaruit hora loquelis.
*INCLARUS, a, um, i. non clarus. *Symmach. 3. Epist. 4.*
INCLATRATUS, a, um, eingesperrt/wie in einem Gitter. *Acidal.* Insultare inclatrato.
*INCLAUSIBILIS, le, Adj. unbeschließlich. *Barth. Sol. 6, 5.* Inclausibilis vita.
INCLEMENS, o. 3. unbarmhertzig. *Liv.* Inclemens Dictator.
INCLEMENTER, Adv. unbarmhertziglich. *Liv.* Nihil inclementer in Varronem dictum. *Plaut.* Cur inclementer dicis lepidis literis? *Ter.* Dictum inclementiùs.
INCLEMENTIA, f. 1. Ungnad. *Virgil.* Inclementia Divûm. *Stat.* Gravis inclementia fati.
INCLINABILIS, le, Adj. der sich leicht neigen lässt.

lassit. *Sen.Ep.* Dubios & in pravum inclinabiles revocare ad rectum.

*Inclīnāmen, n. 3. Neigung. *Zub.* At tu inclinamine mundi Temporibusq; audes optimus esse malis.

*Inclīnāmentum, n. 2. Veränderung der Syllaben. *Agell.4,9.*Inclinamentum verborũ.

Inclīnātio,f.3. Neigung.*Liv.*Inclinatio animorum. *Cicer.* Voluntatis inclinatione propendere in aliquem. *Agell.* Inclinatio coeli. *Cic.* Inclinatio ad spem meliorem.

Inclīnātus, a, um, geneigt. *Liv.* Inclinatior ad pacem animus. *Cic.*Inclinatâ ululantique voce canere. *Liv.* Inclinatæ certamine vires, i. debilitatæ. *Plin.* Inclinatus morbus, i. qui ad sanitatem spectat. *Cic.* Inclinata & propè jacens fortunâ.

*Inclīnātus, m. 4. Neigung. *Agell. 3, 12.* pro *Declinatione Grammatica* usus est.

Inclīnis,ne, Adj. nidergebogen. *Minut. Fel. in Octav.* Inclinis atque humilis. *Barth.*Inclines terræ ocelli.

Inclīno,are, biegen / neigen. *Ovid.* Inclinare genua arenis. *Cic.* Ad Stoicos inclinare. *Id.* Inclinat dies. *Liv.* Inclinat se Sol. *Id.* Inclinare culpam in collegam. *Id.* Inclinare in fugam. *Id.* Hos ut sequar,inclinat animus. *Id.* Inclinat acies, weicht. Vid.*Gocl. in Obs.L. L. p. 373.* Interdum etiam *Acquiescere* significat. *Sen.* Nihil erat, ubi se dolor tuus inclinaret. Item, *Imminuere.* *Quintil.* Inclinare eloquentiam.

*Incloctor, m. 3. ein Peiniger. *Plaut. Asin.* Vid. *Parei L. C. p. 592.*

Inclūdo, clusi, clusum, cludere, einschliessen/ versperren. *Cic.* Includere in carcerem, &, in carcere. *Id.* Includere se domi. *Ovid.* Populos includere septis. *Cicer.* Includere verba versu. Interdum *Præcludere* denotat. *Liv.* Includere viam. *Idem:* Includere vocem, i. adimere.

Inclūsio, f. 3. Einschliessung. *Cic.* Inclusione contentus.

Inclūsus,a, um, eingeschlossen. *Liv.* Inclusus angustiis temporis. *Stat.* Verba inclusa modis. *Cic. ad Att.* Inclusa sunt mihi medullis. *Id.* Ratio in fabulas inclusa.

Inclȳtus,a, um, berühmt. *Plaut.* Inclytus apud mulieres. *Virgil.* Inclytus armis. *Liv.* Inclytum divitiis templum.

Incoactus,a,um, ungezwungen. *Sen.* Omne honestum, injussum,incoactumque est. *Val. Max.* Incoacta voluntas. Item, *Densatum.* *Apul. 8.* Lac, in caseum incoactum.

Incoctīle, n. 3. ein öhrner Topff / mit Bley/ Zinn überzogen. *Plin. 34, 17.*

Incoctio,f.3. das Einkochen. *Cal. Aurel. Tard. 4,3.* Incoctio aquosi liquoris.

Incoctus,a, um,eingekocht. *Horat.* Cruor incoctus herbis. *Sil.* Mauri, incocti corpora. *Pers. Sat. 2.* Incoctum generosô pectus honestô. *Virgil.* Vellera, incocta Tyrios rubores.

Incœnātus, a, um, der zu Abend nichts gessen hat. *Plaut.* Superi incœnati sint. *Cat.* Cubet incœnatus.

*Incœnis, ne, Adj. idem. *Plaut. Cas.* Aliquem incœnem extrudere ex ædibus.

Incœno, are, zu Abend in einem Ort essen. *Suet. Tib.* Incœnante eô, saxa delapsa sunt.

Incœptus, a, um, angefangen. Vide suprà, *Inceptus.*

*Incōgītābilis, le, Adj. unbedächtig. *Plaut. Mil.* Excors,cœcus,incogitabilis. Item, *Cogitatione incomprehensibilis.* *Amm. 15,5.* Incogitabilis clementia. *Gocl. in Probl.Gramm. 2, 57.*

Incōgītandus,a, um, undencklich. *Plaut.*Incogitandus mœror.

Incōgītans,o.3. unbesonnen. *Ter. Phorm.* Incogitans & impudens.

Incōgītantia,f. 1. Unbesonnenheit. *Plaut. Merc.* Incogitantia, excors immodestia.

Incōgītātus,a, um, unbedächtig. *Plaut.* Animô incogitatô. *Sen. Ep.* Alacritas incogitata & injussa.

Incognĭtus, a, um, unbekand. *Cic.* Incognitâ re judicare. *Id.* Incognita nobis vocabula. *Ovid.* Oculis incognita nostris.

*Incognoscĭbĭlis, le, Adj. unkennbarlich. *Irenæi Interp. 1, 12.* Inenarrabile & incognoscibile.

*Incognosco, ere, sehr wol erkennen. *Apul. Flor.* Propiùs accessit, ut incognosceret.

*Incōhĭbesco, scere, i. non cohibere. *Lucr. 3. de Anima.* Aëre qui credas posse hanc cohiberier

berier ullô, Corpore qui nostrô rarus magis incohibescit?

*INCŎHĬBILIS, le, Adj. unaufhaltsam. *Amm.* 14, 7. Incohibili cursu ad aliquem pervenire.

*INCOĬBĬLIS, le, Adj. unfüglich. *Agell.* 5, 3. Generis onus impeditum & incoibile.

*INCOINQUĬNĀTUS, a, um, unbefleckt. *Vulg. Sap.* 3, 13.

INCŎLA, m. 1. Einwohner. *Cic.* Incola & civis totius mundi. *Id.* Aquarum incolæ, bestiæ nantes.

*INCŎLĀTUS, m. 4. das Innwohnen. *Tert.* & *Ulp.* Confer *Voss. de Vit. L. L.* 3, 16.

INCŎLO, colui, cultum, colere, einwohnen. *Cicer.* Incolere castrum. *Terent.* Incolere vitam.

*INCŎLOR, o. 3. bleich. *Gloss. G. L.* ἄχρω[illegible], incolor, decolor.

*INCŎLŌRĀTE, Adv. sine colore & prætextu. *L.* 18. *ff. de Minorib.* Incolorate restitui.

INCŎLŪMIS, me, Adj. unversehrt. *Cic.* Salvus & incolumis. *Ulp.* Ædes incolumes, i. integræ. *Horat.* Capite esse incolumi. *Id.* Famam tueri incolumem. *Cic.* Splendor, à calamitate incolumis.

INCŎLŪMĬTAS, f. 3. Unversehrung. *Cic.* Deserere alicujus incolumitatem. *Cic.* Incolumitatem & libertatem retinere. *Cæs.* Incolumitatem deditis polliceri.

INCŎMĀTUS, a, um, ohne Haar. *Martial.*

INCOMBUSTUS, a, um, unverbrant. *Scriban. de Pass. Christi cap.* 9. Incombustum ambulare in igni.

*INCŌMES, c. 3. ohne Geferten. *Fest.*

*INCŌMIS, me, Adj. i. incomtus, ungeziert. *Macr. Sat.* 1, 7. Incomis & tenebrosa vita.

INCŎMĬTĀTUS, a, um, unbegleitet. *Cic.* Ars indotata atque incomitata. *Ovid.* Externis virtus incomitata bonis.

*INCŎMĬTIO, are, i. conviciari, schmähen. *Plaut. Curc.* Quod insigne habeo, quæso, ne me incomities.

INCOMMA, f. 1. mensura militum. *Veget.* 1, 5. Proceritas ad incommam exacta. *Salm. H. A. p.* 199. Confer *Voss. de Vit. L. L.* 3, 16.

*INCOMMEĀBĬLIS, le, Adj. unwegsam. *Amm.* 16, 20. Clivosæ & incommeabiles viæ.

INCOMMĔMŎRĀBĬLIS, le, Adj. das sich nicht erzählen lässt. *Barth. Solil.* 4, 5.

INCOMMENDĀTUS, a, um, deß sich niemand annimmt. *Ovid.* Nisi illis vetitum est, incommendataque tellus.

*INCOMMĬNĀTUS, a, um, angedrohet. *Apul.* 11. Incomminatâ nece sicarius.

*INCOMMISCĬBĬLIS, le, Adj. unvermischlich. *Tert. de Anima c.* 12. Animus simplex & incommiscibilis.

*INCOMMŌBĬLĬTAS, f. 3. Unbeweglichkeit zum Zorn. *Apul.* 2. *de Dogm. Plat.* Incommobilitas, dicta Græcè ἀοργησία. Ita enim dixerim, quæ non extinguit incitamenta irarum, sed ea stupore defigit immobili. Vid. *Ph. Carol. in Agell.* 11, 16.

INCOMMŎDĀTIO, f. 3. Ungelegenheit. *Cic. ad Att.* Incommodatio animi alienati.

INCOMMŎDE, Adv. unfüglich / unbequem. *Cic.* Venire non incommodè ad aliquem. *Id.* Incommodissimè navigare.

INCOMMŎDĬTAS, f. 3. Unfug / Unbequemlichkeit. *Ter.* Incommoditas hûc omnis redit. *Liv.* Incommoditas temporis. *Item*, Morbus. *Gronov. in Obs. Eccl. p.* 15.

INCOMMŎDO, are, Schaden zufügen. *Cic.* Incommodare alteri. *Ulp.* Si incommodatur ad usum manus.

INCOMMŎDUM, n. 2. Schaden. *Cic.* Dare incommoda. *Id.* Facere aliquid suo incommodo. *Id.* Ferre incommoda alicui, einem Schaden thun. *Terent.* Incommoda alicujus ferre, Uberdrang leiden.

INCOMMŎDUS, a, um, ungelegen. *Ter.* Iter incommodum. *Id.* Nisi tibi incommodum est, i. molestum. *Cicer.* Non erat incommodum, referre.

*INCOMMŎNĬTUS, a, um, unvermahnt. *Zeno Veronens.* Incommonitum aliquem præterire.

INCOMMŪNĬCĀBĬLIS, le, Adj. das sich nicht mittheilen lässt. *Vulg. Sap.* 14, 21.

*INCOMMŪNIS, ne, Adj. ungemein. *Tertull. c.* 3. *de Pall.* Pars, cæteris incommunes, pars passivitùs omnibus utiles.

INCOMMŪTĀBĬLIS, le, Adj. unveränderlich. *Sarisb. Præf.* Incommutabilis veritas.

INCOM-

INCOMPACTUS, a, um, nicht zusammengemacht / uneingebunden.

INCOMPĂRĀBILIS, le, Adject. unvergleichlich. *Plin.* Incomparabilis animi sublimitas. *Quint.* Incomparabilis magister.

INCOMPERTUS, a, um, unerkundiget / unwißlich. *Livius:* Incompertum aliquid dare. *Id.* Vetustate incompertum. *Plin.* Incompertum habere.

*INCOMPĔTENTER, Adverb. i. inconvenienter. *Ennod. 1, 10.* Incompetenter ingerere.

*INCOMPLEBĬLIS, le, Adj. unerfüllbarlich. *Gloss. G. L.* ἀπλήρωτος, incomplebilis.

*INCOMPLĒTUS, a, um, unvollkommen. *Firm. 5, 2.* Imperfecta incompletaque consilia relinquere.

*INCOMPLEXĪVUS, a, um, unergreifflich. *Gloss. Gr. Lat.* ἀπερίληπτον, incomprehensibile, incomplexivum.

*INCOMPOS, o. 3. untheilhaftig. *B. Mantuan. l. 2. de Blasio:* Ne foret incompos voti, lictore vocatô Judicium capitale tulit.

INCOMPŎSĬTE, Adv. ungeschicklich. *Liv.* Hostem negligenter & incompositè venientem incurrere.

NE, prohibendi particula, Jungitur *Imperativis*. *Ter.* Age, quæſo, ne tam obfirma te. *Virgil.* Ne fugite hoſpitium. Item, *Optativo.* Ne vivam, ſi tibi concedo. [*Hadr. Card. p. 375.*] Aliquando pro *Non* ſumitur. *Plaut.* Ne quoquam abeo. *Id.* Ne vult. *Ut ne*, i. *ut non*. *Ter.* Obſecro, ut ne ducas. *Ne non*, i. *ut. Pomp. JCt.* Videndum, ne non omnia illata. *Cicer.* Ne multa, *transeundi* formula. [*Hadr. Card. p. 370.*] *Cic.* Ne multis, Diogenes emitur, i. breviter. *Item*, Interrogandi particula. *Ter.* Eſtne hic Crito, ſobrinus Chryſidis? *Cic.* Honeſtumne ſit, an turpe, dubitant. *Plaut.* Eſtne, an non? *Idem:* Emitteresne, necne eum? [Vid. *Richt. in A. J. p. 483.*] *Form. Ne dicam*, daß ich nicht ſage. Interdum cum *Accuſativo*, interdum cum *alio caſu* conjungitur, *Verbi gratiâ:* Homo impudens, ne dicam ſtultum. *Item:* Impudens, ne dicam, ſtultus homo. *Item:* Non faceret hoc me conſciô, ne dicam, præſente. Vid. *Goclen. in Obſerv. L. L. pag. 169.*

* NEĀNĬCŎLŎGUS, m. 2. νεανικολόγος, i. Aretalogus, ſcurra. *Schol. Juvenal.* Nobiles neanicologi. Vid. *Salm. de Pallio p. 335.*

Nebrides, pl. f. 3. νεβρίδες, Gemsenfell. *Stat.* Aspersæ nebrides aurô.

Nebrites, m. 1. νεβρίτης, gemma. *Plin.* 37, 10.

Nĕbŭla, f. 1. Nebel. *Plaut. Capt.* Quasi per nebulam videre. *Juven. Sat.* 10. Nebula erroris. *Prov.* Nebulæ in pariete. *Symmach.* 1. Hic me, velut picta nebula, non longiùs, quàm dum videtur, oblectat. *Item*, Res nihili. *Plaut. Pœn.* Cujus ego vel nebulæ cyathô septem noctes non emam. *Item*, Amiculum lineum. *Petron.* Prostare nudam in nebula linea.

*__Nĕbŭlo__, are, vertunckeln. *Monin. D.* 4. *Beresf.* Oculum nebulare suum. *Id.* Te nebulans primô viduat sic lumine tellus.

Nĕbŭlo, m. 3. ein Böswicht. *Cic.* Ex magno aliquo nebulone quid audire. Vid. *Pareus in L. Cr. p.* 777.

*__Nĕbŭlor__, ari, Depon. lotterbübisch handeln. *Gloss. G. L.* ἀχρηστῶ, nebulor.

*__Nĕbŭlōsitas__, f. 3. Tunckelheit. *Arnob.* 7. Nebulositate vaporum claudi.

Nĕbŭlōsus, a, um, neblicht. *Cicer.* Cœlum nebulosum. *Fulgent.* Nebulosum syrma, i. tenue.

Nec, Conj. nicht/oder nicht. *Cic.* Nec melior eô quisquam, nec clarior. Aliquando idem, quod *Non. Ter.* Nec opinanti lætitiam objicere. *Cic.* Quô mortuô, nec ita multò pòst, in Galliam proficiscitur. *Liv.* Nec injuriâ. *Quint.* Persolvi gratia non potest nec malo patri, i. etiam. *Cic.* Nec caput, nec pedes habet. *Petronius:* Nunc nec quid nec quare in cœlum abiit. *Suet.* Nec quicquam aliud, i. tantum. *Id.* Suppliciter, nec non & minaciter, efflagitare. Vid. *Richt. in A. J. p.* 483.

*__Nĕcābilis__, le, Adj. umbringlich. *Barth. Solil.* 7, 4. Omni ventô necabilis & perflabilis.

*__Necātor__, m. 3. ein Mörder. *Lamprid. in Comm.* Necator civium. *Macrob. Sat.* 1, 12. Mars necator hominum. *Gloss. G. L.* ἀγχονιστὴς, necator.

Nĕcātus, a, um, umgebracht. *Cicer.* Zeno in tormentis necatus. *Apul.* Fame necatus.

Necdum, noch nicht. *Cic.* Cassius ineptas literas misit: necdum Bibuli erant allatæ.

Nĕcessārie, Adv. nohtwendig. *Cic.* Necessariè demonstrari.

Nĕcessārio, Adv. idem. *Cic.* Legibus necessariò parére.

Nĕcessārius, a, um, idem. *Cicer.* Necessarius illi rei. *Id.* Ad victum necessarius. *Plin.* Necessarium dictu. Hinc, * *Necessarior, necessarius. Tertull.* Operæ necessariores. *Item*, Gefreundt. *Cicer.* Familiaris & necessarius. *Necessaria*, sensu *obscœn.* Vid. *Herald. in Arnob. p.* 220.

Nĕcesse, n. Indecl. vonnöhten. *Cicer.* Mori necesse est Scipioni. *Id.* Necesse est, vendiderit. *Idem:* Necesse habui, verbum pro verbo reddere.

Nĕcessitas, f. 3. Nohtwendigkeit. *Cic.* Afferre necessitatem. *Id.* Necessitas flagitat. *Quint.* Repugnare necessitatibus. *Prov.* Ex necessitate virtutem facere, *Hieron. & Sarisb.* 3, 10. Vid. *Nov. T.* 1. *A. E. p.* 20. *Quintil.* Dare laudem virtutis necessitati. *Item*, Legem non habet necessitas, *August. apud Novarin. T.* 1. *A. E. p.* 471. *Plin. Epist.* Communis vitæ necessitates, i. negotia. Aliquando pro *Affinitate* ponitur. *Cic.* Necessitatem familiaritatemque violare. Item, pro *Morte. Tac.* Denunciare ultimam necessitatem.

*__Nĕcessito__, are, nöhtigen/zwingen. Improbat *Voss. de Vit. L. L.* 4, 14.

Nĕcessitūdo, f. 3. Nohtwendigkeit. *Cic.* Necessitudo, cui nulla vi resisti potest. *Tacitus:* Afferre necessitudinem pugnæ. *Sall.* Eâ necessitudine, quæ etiam fortes timidos facit. Item, *Familiaritas, affinitas. Cic.* Adjungere ad necessitudinem suam bonos viros. *Id.* Necessitudo est mihi cum Appio. Item, *Amici, Cognati. Suet. Aug.* Remittere alicui necessitudines, amicosque.

*__Nĕcesso__, are, nöhtigen/fordern. *Fortunat. l.* 2. *Mart.* Nisi quod natura necessat.

Nĕcessum, n. 2. vonnöhten. *Lucret.* 2. Differre, necessum est.

Necne, Adv. oder nicht. *Cic.* Parthi transierint, necne, video dubitare neminem.

Nĕco, necui vel necavi, necatum vel nectum, necare, töden. *Cic.* Qui parentem necavisset. *Lucr.* Odore aliquem necare. *Horat.* Ferrô necari. *Ov.* In amne necari. Dicitur etiam de *aliis rebus. Col.* Radices necantur.

NECOPINATUS, a, um, unversehens. Vid. *Pareus in L. C. p. 778.*

*NECRECTE, Adv. übel. *Plaut.* Necrectè quæ tu in nos dicis, aurum atque argentum merum est, i. quicquid maledicis. Vid. *Parei L. C. p. 777.*

NECROMANTIA, f. 1. νεκρομαντία, Todenweissagung. *Cicer. 1. Tusc.* Vid. *Peucerus de Divin. pag. 292.*

NECROTHYTUS, a, um, νεκρόθυτος, den Toden geopfert. *Tert. de Spect. 13.* Oculos & aures ab idolothytis & necrothytis voluptatibus abstinere.

NECTAR, n. 3. νέκταρ, Göttertranck. [*Bissel. 1. Æst.* etiam *pl. num.* usus est: Omnibus ambrosiô miscentur nectara libô] *Cicer.* Sumitur etiam pro *Melle. Virg.* Stipant dulci nectare cellas. *Stat.* Hyblæum nectar. *Prud.* Peccati nectare captus. Item, pro *Suavitate.* [*Juret. in Symmach. pag. 29.*] *Pers. Prol.* Nectar canere. Vid. *Voss. part. 2. Rhet. p. 221.*

NECTAREA, f. 1. herba, Alantwurtz. *Plin. 14, 16.*

NECTAREUS, a, um, süßlicht / köstlich. *Mart.* Nectareum Falernum. *Claudius:* Nectarei flores. (14, 16.

NECTARITES, m. 1. νεκταρίτης, Alantwein. *Plin.*

NECTO, nexui & nexi, nexum, nectere, knüpffen / anhefften. *Horat.* Coronam alicui nectere. *Ovid.* Comam myrtô nectere. *Liv.* Nectere alicui dolum. *Valer. Arg.* Moras nectere.

NECUBI, Adv. an keinem Ort. *Varro:* Videndum, necubi aqua consistat. *Liv.* Necubi consistere, i. nusquam.

*NECULA, f. 1. parva nex. *Cath.*

NECUNDE, Adv. daß nicht etwan woher. *Liv.* Necunde à stationibus conspiceretur.

NECUTRUM, n. 2. i. neutrum. Vid. *Pareus in L. C. p. 778.*

NECYDALUS, m. 2. νεκύδαλος, insecti genus, ein Seidenwurm. *Plin. 11, 22.*

NEDUM, Conj. viel weniger / geschweig. *Cicer.* Hoc domicilium aptius tibi, quàm tota Peloponnesus, nedum Patræ. *Terent.* Satrapes si fiet amator, nunquam sufferre ejus sumptus queat, nedum tu possis. Vid. *Goclen. Obs. L. L. pag. 171.*

NEFANDUS, a, um, unsäglich / das man nicht sagen soll. *Cic.* Arma nefanda. *Ov.* Concubitus nefandus. *Just. 16.* Nefandissima quæque exercere.

*NEFANS, o. 3. schändlich. *Lucil.* Tantalus, qui pœnas ob facta nefantia luit. Vid. *Nonius.*

NEFARIE, Adv. lästerlich. *Cic.* Multa in Deos hominesque nefariè facere.

NEFARIUM, n. 2. Ubelthat. *Liv.* Nefariô Remp. obstringere.

NEFARIUS, a, um, lästerlich / schändlich. *Catull.* Nefaria scripta. *Cic.* Latrocinium nefarium.

NEFAS, n. 3. Schand / Laster. *Juvenal. Sat. 13.* Grande nefas & morte piandum. *Virgilius:* Audere immane nefas. *Ovid.* Facere nefas. *Cicer.* Nefas dictu. *Id.* Nefas sit, tale aliquid facere. *Senec.* Ultimum nefas, i. parricidium. Interdum pro *Impoßibili* ponitur. *Horatius:* Levius fit patientiâ, quicquid corrigere est nefas. Item, pro *Homine nefario. Virg.* Extinxisse nefas, laudabor.

NEFASTUS, a, um, das sich nicht gebühret. *Plin.* Nefastum habere, prolibare Diis. *Varro:* Dies nefasti, Tag / daran man nicht Gericht hält. *Sen. Tr.* Spiritum nefastum ferrô exigere, i. sceleratum. *Liv.* Terra nefasta, i. infausta, ominosa.

*NEFRENDINUS, a, um, von einem jungen Vieh oder Ferckleín. Nefrendina caro. *Cathol.*

NEFRENS, o. 3. das nicht beissen kan. *Varro:* Porci nefrendes.

*NEFUNERA, i. non funera. *Catull.* Funera nefunera. (*Fest.*

NEGABUNDUS, a, um, der etwas laugnen will.

NEGANTIA, f. 1. Läugnung. *Cic. Top.* Conjunctionum negantia.

NEGATIO, f. 3. idem. *Cicer.* Negatio, inficiatioque facti. Vid. *Micral. in L. p. 884.*

NEGATIUNCULA, f. 1. parva negatio, eine kleine Läugnung. *Cathol.*

NEGATOR, m. 3. ein Läugner. *Prud.* Abde negatores Christi.

NEGATORIUS, a, um, damit man laugnet. *Jct.* Actio negatoria.

NEGATRIX, f. 3. eine Läugnerin. *Prud.* Gens infida negatrix.

NEGATUS, a, um, verboten. *Ovid.* Nitimur in vetitum semper: cupimusque negata.

NEGITO, are, nein sagen / verlaugnen. *Plaut. Merc.* Abnuere, negitare me natum suum.

Lucret. Ne fieri negites, quæ dicam, posse. Vid. *Pincier in Pareg. 3, 17.* & *Gocl. in Probl. Gr. l. 5. p. 271.*

NEGLECTIM, Adv. hinlässig. *Danm.* Neglectim jura habere.

NEGLECTIO, f. 3. Versaumung.

NEGLECTOR, m. 3. ein Verachter. *Scriban. de P. Chr.* Aulicorum morum neglector.

NEGLECTUS, a, um, verachtet. *Cic.* Vir abjectus & neglectus. *Quint.* Relinquere aliquid neglectum.

NEGLECTUS, m. 4. Verachtung. *Terent. Heaut.* Hæc res neglectui est mihi.

NEGLĬGENS, o. 3. hinlässig. *Cic.* Negligens in amicis eligendis. *Tacit.* Amicorum negligens. *Plin. Epist.* Negligens de alieno. *Cic.* Negligens in me.

NEGLĬGENTER, Adv. idem. *Cic.* Inconsideratè negligenterque quid agere. *Id.* Negligentiùs aliquid adservare.

NEGLĬGENTIA, f. 1. Hinlässigkeit. *Cic.* Negligentia, pigritia, inertia. *Sen.* Negligentia fortunæ, i. contemptus.

NEGLĬGO, neglexi, neglectum, negligere, vernachlässigen. [*Vett.* in præterito etiam * *neglegi* usurpabant. *Cic.* Confugere Alexandriam neglegistis.] *Cæs.* Imperium alicujus negligere. *Cicer.* Minas, mandatum alicujus negligere. It. *Omittere.* V. *Pareus in L. C. p. 780.*

NĔGO, avi, atum, are, nein sagen/laugnen. *Cic.* Præcisè negare alicui. *Ov.* Alimenta miseris negare. *Id.* Opem negare. *Ter.* Negat ducere, i. recusat. *Id.* Negare factum.

NĔGŌTIĀLIS, le, Adj. zun Geschäften gehörig. *Cic. de Invent.* Pars negotialis.

NĔGŌTIĀTIO, f. 3. Handlung/Gewerb. *Cicer.* Reliquiæ Asiaticæ negotiationis.

NĔGŌTIĀTOR, m. 3. Handelsmann. *Cic.* Improbus negotiator. *Quintil.* Mercis sordidæ negotiator. *Prov.* Negotiatores merces suas plùs perjuriis onerant, quàm pretiis, *Cassiod. in Psalm.*

NĔGŌTIĀTŌRIUS, a, um, zur Handlung gehörig. *Vopisc. in Firmo:* Negotiatoriæ naves.

NĔGŌTIATRIX, f. 3. Handthiererin. *Paul. Jct.* Cùm testatrix negotiatrix fuerit.

*NĔGŌTĬNUMMIUS, a, um, i. nummi causâ datus. *Apul. 10. Metam.* Adventorum negotinummia basia.

NĔGŌTIŎLUM, n. 2. ein Geschäftlein. *Cicer.* Erit nescio quid negotioli.

NĔGŌTIOR, ari, Dep. handthieren/Kauffmannschaft treiben. *Cicer.* Negotiandi causâ aliquò se conferre. *Colum.* Negotiari aliquô genere mercaturæ. *Plinius:* Negotiari animas, i. lucrum facere in occidendis animabus; de *malis Medicis.*

NĔGŌTIŌSUS, a, um, geschäftig. *Cic.* Negotiosa & molesta provincia. *Plaut.* Res negotiosa, i. difficilis. *Tacit.* Negotiosi dies. *Plaut.* Negotiosum tergum; cui negotium facessitur. *Id.* Negotiosus negotiis.

NĔGŌTIUM, n. 2. ein Geschäft. *Cic.* Nullô negotiô, i. facilè. *Idem:* Facessere negotium, i. molestiam exhibere. *Id.* Habe tuum negotium, i. tibi curæ sit. *Plaut.* Ita negotium est, i. ita oportet. *Cic.* Est mihi cum eo negotium. *Plaut.* Plenus negotii. Vid. *Goclen. in O. L. L. pag. 124.* *Item,* de *Homine.* Vid. *Pareus in L. C. pag. 779.*

*NĔGŬMO, are, i. negare, *Antiquè.* Vid. *Laurenb.*

NĒMA, n. 3. νῆμα, i. filum, stamen. *Jct.* Nema sericum. Vid. *Salm. de Pallio pag. 225.*

NĔMĔSIĂCUS, m. 2. *Theod. Cod. L. 14. Tit. 7.* Nemesiaci, signiferi, cantabrarii.

NĔMĔSIS, f. 3. Νέμεσις, *Dea* ultionis. Rachgöttin. *Reines. part. 1. Var. Lect. p. 573.*

NĔMESTRĪNUS, m. 2. *Deus* nemorum. *Arnob. lib. 4.*

NĔMO, c. 3. niemand. *Cicer.* Nemo hoc nescit. *Non nemo,* i. *quidam.* *Cic.* Ut non nemo putaret. Vid. *Goclen. Observ. L. L. p. 170.* *Nemo unus.* *Liv.* Nemo unus satis dignus regnô visus est, i. nullus. [Vid. *Hadr. Card. pag. 363.*] *Nemo non,* i. omnis. *Cic.* Apertè adulantem nemo non videt. *Nemo homo,* i. nullus. [*Laurenb. pag. 293.*] *Terent.* Nemo hîc peperit, i. nulla. *Cic. ad Att.* Me moverat nemo magis, quàm is, quem tu neminem putas, i. hominem nullius pretii. *Idem* pro *Ullo* usus est, dum ait: Contingit enim tibi, quod haud scio, an nemini, ut summa severitas, &c. Vid. *Gocl. in Probl. Gr. 1, 29.*

NĔMŎRĀLIS, le, Adj. zum Wald gehörig/schatticht. *Ov.* Templum nemorale Dianæ.

NĔMŎ-

NĔMŎRENSIS, se, Adj. aus dem Wald. *Col.* 9, 4. Mel nemorense.

NĔMŎRĬVĂGUS, a, um, im Wald herumlauffend. *Catull.* Aper nemorivagus. *Rapicius:* Capra nemorivaga.

NĔMŎRŌSUS, a, um, holtzicht. *Virg.* Nemorosa Zacynthos. *Plin. Epist.* Collis, antiqua cupressu nemorosus & opacus.

NEMPE, Adv. freylich / nemlich. *Cic.* Nempè negas, ad beatè vivendum satis esse virtutem: *Idem:* Nempè ea, quæ sequuntur, ad fidem faciendam pertinent. Vid. *Richter. in A. J. pag.* 485.

NĒMŪNĔRA, i. non munera, Ungaben. *Ovid.* Hostium munera nemunera.

NĔMUS, n. 3. νέμος, ein Lustwald. *Cic.* Rogat, ut veniam ad se in nemus. *Virgil.* Nemorum amœna vireta.

NĔMUSCŬLUM, n. 2. ein Lustwäldlein. *Barth.* 2. *Nemor.*

NENIA, f. 1. Todenlied. Vide, *Nænia.*

* NĒNUM, & NĒNU, *Antiquè*, i. *non. Varro:* Si hodiè nenu venis.

NEO, nevi, netum, nere, spinnen / nehen. *Justin.* Inter scortorum greges purpuram colò nere. *Ovid.* Nere lanas, fila. *Tibull.* etiam *in* 3. *Conjug.* usus est, *l.* 3. *Eleg.* 3. Aut si fata negant reditum tristesque sorores, Stamina quæ ducunt, quæque futura neunt.

NEŌCŎRUS, m. 2. νεωκόρος, Kirchner. *Firmic.* 3, 7. & 4, 7.

NEŎMĒNIA, f. 1. νεομηνία, Neumond. *Proverb.* Ad Neomenias Latinas, i. nunquam, *Hieron.* Latini Neomeniis carent. Vid. *Novar. T.* 2. *A. E. pag.* 446.

* NEŎPHȲTUS, m. 2. νεόφυτος, ein Neuling. *Vulg.* 1. *Tim.* 3, 6.

NEŌTĔRĬCE, Adverb. neu. *Ascon.* Neotericè dictum.

NEŌTĔRĬCUS, a, um, νεωτερικός, idem.

NĔPA, f. 1. Scorpion. *Cic.* Nepas videmus aculeis uti. *Plaut. Cas.* Recessim cedam ad parietem, imitabor nepam, captandus est horum clanculùm sermo mihi. *Item*, Sidus cœleste. *Cic. in Arat. Item*, herba, Scorpionkraut. *Tabernamont. pag.* 1515.

* NEPARCUS, m. 2. ein Freygebiger. *Plautus Pseud.*

NĔPENTHES, n. 3. νηπενθές, herba, Nepten / Katzenkraut. *Plin.* 24, 5.

NĔPĔTA, f. 1. herba, Bergmüntz. *Plin.* 20, 14. & *Macer* 1, 15.

NEPHRĪTĬCUS, a, um, νεφριτικός, nierensüchtig.

NEPHRĪTIS, f. 3. νεφρῖτις, Nierenweh. Vid. *Castell. in L. M. p.* 344.

NĔPOS, m. 3. Enckel / Kindskind. *Cicer.* Ex filia nepos, Tochterkind. *Virg.* Parvus nepos. *Tac.* Sororis nepos. [Vid. *Barth. ad Guil. Brit. p.* 371. & 431.] Dicitur etiam de *omnibus descendentibus. Salm. in Sol. pag.* 1173. *Item*, ein Schlemmer / Zechbruder. *Cic.* Perditus & profusus nepos. *Id.* Nepos in patrimonio suo. *Nepotes*, in *vite*, unnütze Schößlinge. *Colum.* Palmites claviculis & nepotibus liberare. *Ennius* etiam * *g. f.* usus est, pro *nepte:* Ilia dia nepos.

* NĔPŌTĀLIS, le, Adj. schwelgerisch. *Ammian. l.* 31. *c.* 13. Nepotalis mensa. *Apul.* Nepotalis luxus.

NĔPŌTĀTUS, m. 4. Schwelgerey. *Afran.* Scurrilitate & nepotatu nobilis.

NĔPŌTĪNUS, a, um, zur Schwelgerey thunlich. *Suet. Calig.* Nepotinis sumptibus omnium prodigorum ingenia superare.

* NĔPŌTOR, ari, Dep. schwelgen. *Tertull. Apolog.* In purpura nepotari. Confer *Senec.* 1. *de Benef. cap.* 15.

NĔPŌTŬLUS, m. 2. ein Zechbrüderlein. *Plautus Mil.* Venerius nepotulus.

NEPTĬCŬLA, f. 1. Enenckelein / Kindstöchterlein. *Symm.* 6, 32. Nepticulæ meæ Gallæ infirmitas.

NEPTIS, f. 3. ein Neftel / Kindstochter. *Cic.* Neptes Liciniæ. *Ovid.* Arbitrium neptis habebat avus.

* NEPTŬLA, f. 1. idem, quod *Nepticula. Jov. Pont.* Neptula misella.

NEPTŪNĀLIA, pl. n. 3. Festa Neptuni. *Varro.*

NEPTŪNĬCŎLA, c. 1. der den Meergott ehret. *Mantuanus:* Neptunicolæ Britanni.

NEPTŪNUS, m. 2. der Meergott. *Virg.* Neptunus Ægæus. [*Dempst. in Rosin. p.* 342. 632. & *Reines. in Epist. p.* 174. 301.] Hinc, *Neptunius, a, um. Virgil.* Neptunia arva, i. mare. *Cicer.* Prata Neptunia.

NĒPŪRUS, a, um, unrein. *Fest.*

* NĒFAS, a, um, i. turpis, schändlich. *Balde.*

NĒQUA,

NEQUA, Adv. nirgend durch. *Cic.* Nequà deductio fieret, tua potestas erat. *Item*, Nomen, *Ne qua*, i. *ne aliqua*.

*NEQUALIA, pl.n.3. i.damna. *Balde:* Quot sum nequalia passus!

NEQUAM, Indecl. ein Schalck. [Apud *Plautum* * tamen in *pl.* legitur: *facta nequia*] *Cic.* Nequam & improbus homo. *Patercul. lib.2.* Homo ingeniosissimè nequam. *Cic. ad Attic.* Homo minimè nequam, i. minimè inconsideratus. *Columell.* Vitis nequam, i. inutilis. *Compar.* Nequior. *Cic.* Nunquam vidi hominem nequiorem. Superl. *Nequissimus, a, um. Id.* Homo omnium nequissimus. Vid. *Pincier in Parerg. 4,35.*

NEQUANDO, Adv. daß nicht etwan. *Cic.* Eam diligentiam adhibeamus, ut nequandò amare incipiamus eum, quem aliquandò odisse possumus.

NEQUAQUAM, Adv. mit nichten. *Cicer.* Nequaquàm esse satiatum.

NEQUE, Conj. auch nicht. *Cic.* Nullæ lites, neque controversiæ sunt. *Id.* Neque publicæ res, neque privatæ, neque forenses. *Suet. Claud.* Hinc ad alios commilitones fluctuantes, neque quicquam adhuc quàm frementes perduxit, i. tantùm. *Neq̃*, sequente *&*. *Goclen. Problem. Gr. 4,42.*

NEQUEO, nequivi, nequitum, nequire, nicht können. *Cic.* Verum audire nequeunt. *Nequitur*, i. non potest. *Plaut.* Retrahi nequitur, quoquò progressa est semel. Vid. *Infrà.*

NEQUI, nequæ, i. *nequis, nequa*, daß nicht einer Vid. *Pareus in L.C.p.782.*

NEQUICQUAM, Adv. vergebens. *Cic.* Nequicquàm sapit, qui ipse sibi prodesse nequit. Interdum idem est, quod *Non. Virgil.* Nequicquàm pinguis paleæ teret area culmas. Item, *Non quicquam. Cicer.* Secernere animum à corpore, nequicquam aliud est, quàm emori discere.

*NEQUINUNT, *Antiquè*, i. nequeunt. *Liv. apud Fest.* Nequinunt in Græciam redire.

NEQUIS, qua, quid & quod, daß nicht einer. *Ter.* Nequid hujus rerum ignores, &c.

NEQUITER, Adv. böslich. *Cic.* Pravè, nequiter, turpiter cœnare. *Sid. 1,7.* Valdè nequiter me constat fecisse.

NEQUITIA, f.1. Büberey/Schalckheit. *Cic.* Domus ejus officina est nequitiæ & diversorium omnium flagitiorum. *Id.* Homo singulari nequitiâ præditus. Vid. *Pareus in L.C.p.783.* Aliquando pro *Libidine* ponitur. *Horat.* Nequitiæ modum figere. *Item*, pro *Acrimonia. Plin. 14,20.* Aceto nequitiæ inest virtus.

NEQUITIES, f.5. Büberey. *Horat. 2. Serm.* Illum aut nequities, aut vafri inscitia Juris, &c.

NEQUITIOLA, f.1. parva nequities, eine kleine Schalckheit. *Cathol.*

*NEQUITUM, i. non potuit. *Cat.* Quod Termino fanum fuit, nequitum exaugurari.

*NEQUITUR, i. non potest. *Apul.* Sola virginitas, cùm semel erepta est, reddi nequitur.

*NERECTE, Adv. übel. Vid. *Pareus in Lex. Cr. pag. 783.*

NEREIDES, pl.f.3. νηρηΐδες, nymphæ, Meernympfen. *Catull.* Æquoreæ Nereides. Occurrit etiam in *Sing. Ovid.* Nerei, te vereor: tua fulmina sævior ira est. Vid. *Casp. Schott. Phys. Cur. 3,4.*

NEREUS, m.2. Νηρεύς, Meergott. *Virg.* Spumeus Nereus sævit tridenti.

NERIENE, f.1. Martis uxor. *Agell. 13,21.*

NERITÆ, concharum genus. *Plin. 9,33.*

NERIUM, n.2. νήριον, frutex, *Plin. 24,11. Tabernam. p. 1465.* Oleander reddit.

*NERO, m.3. i. *Fortis, Strenuus. Suet. Tib. c.1. & Agell. 13,22.*

NERVALIS, f.3. herba. *Scrib. Larg.*

*NERVICEUS, a, um, i. è nervo factus, vom frischen Bast. *Vulg. Interp. Jud. 16,7.* Nervicei funes.

*NERVIUM, n.2. i. nervus. *Varro apud Non.* Alicujus nervia tractare.

NERVOSE, Adv. kräfftiglich. *Cic.* Nervosè dicere. *Id.* Nervosiùs disserere.

NERVOSITAS, f.3. Krafft/Stärck. *Plin. 19,1.*

NERVOSUS, a, um, adericht/voll Spañadern/starck. *Cic.* Quis Aristotele nervosior?

NERVULUS, m.2. ein Spannäderlein. *Cic. ad Att.* Nervulos suos adhibere.

NERVUS, m.2. eine Spannader. *Cicer.* Nervis artus continentur. [Vid. *Castell. in Lex. Med. p. 345.*] *Item*, Krafft/Stärck. *Cic.* Est tuorum nervorum. *Id.* Contendere omnibus nervis. *Ter.* Nervos in aliqua re intendere.

Item,

Item, Stock / Halseisen. *Plaut.* Nervô vinctum custodiri. *Id.* Condere in nervum brachialem. *Item*, Sennen am Bogen. *Virgil.* Nervo aptare sagittas. *Item*, Saiten auf einem Instrument. *Cic.* Nervorum vocumque cantus. *Quint.* Percutere nervos. Tandem etiam pro *Membro Virili* accipitur. *Hor.* Illiterati num minùs nervi rigent?

*NESĂPIUS, a, um, i. insipiens. *Petron. in Frag. Trag.* Ne me putetis nesapium esse. Vid. *Scheff. in Not. p. 114. f.*

*NESCIENTER, Adv. unwissend. *Prud.* An viperina non cavemus dogmata, Et nescienter labimur?

*NESCIENTIA, f. 1. i. inscitia, Unwissenheit. *Claud. Mamert.* 1, 11. Agnosco, te multorum nescientias attulisse. Confer *Enud.* 3, 2. & 11.

NESCIO, scivi, scitum, scire, nicht wissen. *Plaut.* Nescio de illo. *Cic.* Timon nescio quis. [*Pareus in Lex. Crit. p. 784.*] *Plaut. Mil.* Posthac etiam illud, quod scies, nesciveris, i. tacebis. *Cic.* Nesciunt irasci, i. non possunt, nolunt. *Id.* Latinè nescire.

NESCĪTUS, a, um, i. ignoratus, unbekand. *Sidon.* 8, 6. *Prosper.* Multa etenim benè tecta latent, nescitaque prosunt.

NESCIUS, a, um, der nicht weiß. *Plin. Epist.* Impendentis mali nescius. *Virg.* Corda, nescia mansuescere. *Ovid.* Vinci nescius. *Cic.* Non sum nescius, dici solere, &c. Item, *Incognitus*, unbekand. *Tac.* Tributa nescia. *Plaut.* In locis nesciis esse.

NESSOTRŎPHEUM, n. 2. νησσοτροφεῖον, Endenstall. *Col.* 8, 15.

NĒTE, f. 1. νήτη, phthongus ita dictus. *Bald. in L. V. p. 74.*

NĒTĬLIS, le, Adj. das sich nehen läst / zum nehen. *Barth. in Celest.* Sericô vel aurô netili induta.

NĒTŌRIUS, a, um, damit man nehet. *Barth. Sol.* 11, 7. Faciliùs rudentem nauticum trans foramen aciæ netoriæ adiges, quàm ut, &c.

NĒTUS, a, um, gesponnen. *Ulpian.* Lana neta.

NEU, Conj. damit nicht. *Terentius:* Te obtestor, neu deseras. *Cæs.* Milites cohortatus est, neu perturbarentur animô. *Id.* Obsecrat, neu se, neu Pompejum tradant. Vid. *Hadr. Card. p. 375.*

NEVERITA, f. 1. *Dea*, ita dicta. *Mart. Capell.* 1.

*NĒVŎLO, nevis, nevult, nicht wollen. *Plaut.* Filiam meam tibi desponsatam esse audio, nisi tu nevis. *Id.* Dominus reddere alias nevult.

NEURAS, f. 1. νευράς, klein Monkraut. *Plin.* 25, 10.

NEURĬCUS, a, um, νευρικός, i. qui nervorum vitio laborat. *Vitr.* 8, 3. Aquæ neuricos aut podagricos efficiunt.

NEURŎBĂTES, m. 1. νευροβάτης, ein Seiltantzer. *Firmicus* 7. Funambuli, oribatæ, neurobatæ. Vid. *Salm. H. A. p. 490.*

NEUROĪDES, m. 1. νευροειδής, herba, Wintergrün. *Plin.* 20, 8.

NEUROSPASTON, n. 2. νευρόσπαστον, herba. *Plin.* 24, 14.

NEUTER, a, um, keiner unter beyden. [*Genit.* Neutri, neutræ, neutri & neutrius.] *Cic.* Neuter anguis. *Id.* Neutram in partem. *Quintil.* Neuter alteri officit.

NEUTĬQUAM, i. nequaquam, mitnichten. [Secundam *syllabam* aliquando habet *Productam*, aliquando *Correptam*. Vid. *Pareus in L. C. p. 785.*] *Terent.* Neutiquam officium liberi esse puto, &c.

NEUTRĀLIS, le, Adj. i. neutrius generis, der zweyen keines. *Quint.* Positio neutralis. *Idem:* Neutralia nomina.

*NEUTRĀLĬTER, Adv. i. in neutro genere. *Charisius:* Ocymum consuetudo neutraliter dicit.

NEUTRO, Adv. auf keinen Theil unter den beyden. *Liv.* Teri tempus, neutrò inclinatâ spe.

NEUTRŬBI, Adv. an der beyden Orte keinem. *Plaut. Aulul.* Neutrubi habeam stabile stabulum.

*NĒVULT, i. non vult. *Plaut.*

NEX, f. 3. Mord / Tod. *Ovid.* Artifices necis. *Cic.* Consciscere sibi necem. *Horat.* Maturare alicui necem.

*NEXĬBĬLIS, le, Adj. bündlich. *Amm.* 29, 13. Nexibili adseveratione durante. *Lactant.* 7, 5. Nexibilibus membris aliquem induere.

NEXĬLIS, le, Adj. angeknüpfft / gut zu knüpffen. *Lucret.* Vestis nexilis. *Ovid.* Hederæ nexiles.

NEXIO, f. 3. Anknüpffung. *Arnob.* 5. Vinculorum nexiones.

NEXO, are, oft anknüpffen. *Virg.* 5. *Æn.* Nexantem nodis, seque in sua membra plicantem.

[*Goclen. Probl. Gr.* 4, 32. negat, *Nexare* ullibi occurrere. Vide tamen *Pareum in Lex. Crit. p. 785.*] Dicitur etiam in 3. * Conj. *Lucil.* Retia nexere. Vid. *Lauremb.*

*Nexor, m. 3. ein Anknüpffer. *Monin. D. 2. Beres.*

*Nexuōsus, a, um, verwirrt. *Claud. Mamert. de Stat. An.* 2, 7. Nexuosissimas quæstionum minutias revolvere.

Nexus, a, um, gebunden/verknüpfft. *Cic.* Causæ, necessitate nexæ. *Mart. Jct.* Res pignore nexæ. *Virg.* Pedes, per mutua nexi. *Liv.* 2. Nexus ob æs alienum. *Justin.* Carcerem nexis replere, i. captivis.

Nexus, m. 4. das Knüpffen / Binden. *Plin.* Nexu nodi aliquem præstringere. *Cicer.* Proprius sum mancipiô & nexu.

Ni, pro, Nisi, Conj. wo nicht. Cum *Indic. Ter.* Mirum, nî domi est. Cum *Subjunct. Cic.* Quod nî ita se haberet, ne justitiæ, nec bonitati locus esset. Nî fallor. *Richter. in A. J. p.* 487. Interdum pro *Non* sumebatur. *Plaut.* Nî stulta sis. *Item*, pro *Ne. Lucr.* Nive alium quemvis, quæ sunt imbuta, colorem Propterea generere hunc credas.

Nīcētēria, pl. n. 2. νικητήρια, Preis / von erhaltener Victori. *Juven. Sat.* 3. Et ceromatico fert niceteria collo.

Nicōtiāna, f. 1. Beinwelle. *Item*, Taback. *Tabernamont. pag.* 971.

*Nictāmen, n. 3. das Nicken der Augen.

Nictātio, f. 3. idem. *Solin.* In obtutum sine nictatione contendere.

*Nicto, ere, bellen / wie ein Spürhund. *Enn.* Veluti si quando vinclis venatica aëno Apta solet, si fortè feram ex nare sagaci Sensit, voce suâ nictitque ululatque ibi acutè.

Nicto, are, mit den Augen zwitzern. *Plaut. Asin.* Neque illa ulli homini nutet, nictet, annuat. *Item*, zwitzern / funckeln. *Lucr.* Semina, quæ faciunt nictantia fulgura flammæ.

Nictor, ari, Dep. nicken. *Plin.* 11, 37. Graviores alitum inferiore genâ connivent: eædem nictantur. Aliquando idem est, quod *Oculorum aliorumq; membrorum nisu quid conari. Lucr.* 4. Hîc ubi nictari nequeunt insistereque alis.

Nictus, m. 4. das Nicken. *Cæcil. apud Non.* Aliquem percutere nictu.

*Nīdāmentum, n. 2. ein Nest. *Plaut. Rud.* In nervo mille hodiè nidamenta congeret. *Arnob.* 2. Nidamenta ponere.

*Nīdĭfĭcium, n. 2. idem. *Apul.* Nidificia formicarum, Ameishauffen.

Nīdĭfĭco, are, ein Nest machen. *Plin.* Nidificare ex alga. *Id.* Nidificare luto.

Nīdĭfĭcus, a, um, zum Nestmachen gehörig. *Senec. Tr.* Quodcunque tellus Vere nidificô creat.

Nīdor, m. 3. Geruch oder Gestanck vom Gebratenen. *Lucr.* Offendere nares nidore. *Virg.* Graves nidore chelydri. *Cic.* Ganearum nidor & fumus. *Quidam* etiam pro *Risu* accipiunt, in illo *Horat.* 2. *Serm.* Nasum nidore supinor.

*Nīdōrōsus, a, um, voll starckes Geruchs. *Scal.* Nidorosa, nec à Medo aut latrone Sabæo. *Cal. Aurel. Acut.* 2, 10. Milium graveolens & nidorosum.

Nīdŭlor, ari, Dep. nisten / ein Nest machen. *Agell.* 2, 29. Nidulari in segetibus. *Item*, brüten. *Plin.* Dies, quibus Alcyones hieme in aqua nidulantur.

Nīdŭlus, m. 2. ein Nestlein. *Cic.* In asperrimis saxis, tanquam nidulum, affixam.

Nīdus, m. 2. ein Nest. *Cic.* Construere sibi nidum. *Augustin.* Nidum inter sidera collocare. *Nov. T.* 1. *A. E. pag.* 122. *Item*, junge Vögel. *Virgil.* 4. *Georg.* Ipsæ volantes Ore ferunt dulcem nidis immitibus escam. *Item*, Fœtus scrofæ. *Colum.* 7, 9. Suam quisque matrem nidus expectat. *Item*, Domus propria. *Hor.* Tu nidum servas: ego laudo ruris amœni Rivos. *Item*, Fächlein / *in quibus merces tenentur. Mart.* 1. De primo dabit alterove nido Rasum pumice, purpurâque cultum.

Nĭgella, f. 1. schwartz Coriander. Vid. *Matthiolus p.* 276.

Nĭgellus, a, um, schwärtzlicht. *Aus.* Cadmi nigellæ filiæ, i. literæ.

Nĭger, a, um, schwartz. *Ov.* Cœlum pice nigrius. Interdum pro *Mortuo* sumitur. *Juven. Sat.* 1. Nigros efferre maritos. *Item*, pro *Noxio. Virg.* Nigris exesa chelydris. *Item*, pro

pro *Malo*. *Juven. Sat. 3.* Nigrum in candida vertere. *Item,* pro *Improbo*. *Horat.* Commissa tacere Qui nequit: hic niger est. *Prov.* Niger, an albus; de *Ignoto*. Vid. *Rittersh. in Phœdr. pag. 126.*

NIGINA, f. 1. herba. *Plin. 27, 12.*

*NIGRĀMEN, n. 3. Schwärtze. *Manil.*

NIGRANS, o. 3. schwartz. *Virg.* Nigrantes terga juvenci. *Sil.* Nigrantes pulvere campi. *Id.* Piceus nigranti caligine vertex.

*NIGRĀTUS, a, um, geschwärtzt. *Tertull. 4. contra Marc.* Nigratus ignorantiæ tenebris.

*NIGRĒDO, f. 3. Schwärtze. Vid. *Voss. de V. L. L. 1, 16.*

NIGREFĂCIO, facere, schwartz machen.

NIGREO, ēre, & NIGRESCO, nigrui, nigrescere, schwartz werden. *Accius:* Splendet Sol sæpè, at idem nimbis interdum nigret. *Ovid.* Cœlum nigrescit ab Austris. *Colum.* Olivæ cùm nigruerint.

NIGRĬCO, are, schwartzlecht seyn. *Plin. 10, 3.* Colore nigricans.

NIGRĬCŎLOR, o. 3. schwartzfärbig. *Sol. 2.* Nigricolor facies. *Daum.* Alba miscere nigricoloribus. *Item,* Nigricolorius, a, um. *Id.* Nigricolorium chaos.

NIGRĬCŎMUS, a, um, schwartz. *Monin. D. 5. Beref.* Nigricomæ alæ.

*NIGRĬFĬCO, are, schwartz machen. *Marcell. Emp. c. 35.* Nigrificare dentes.

*NIGRIFRONS, o. 3. schwartzstirnig. *Vird. Carm.* Gemitipara, hilarifuga, nigrifrons mors.

NIGRĬTIA, f. 1. & NIGRĬTIES, f. 5. Schwärtze. *Plin.* Nimiæ nigritiæ dare austeritatem. *Cels.* Nigrities colligi potest ex dolore.

*NIGRĬTŪDO, f. 3. idem. *Plin. 10, 36. Adhelmus de Virg. c. 26.* Æthiopicâ nigritudine fuscatus.

*NIGRĬVESTIS, ste, Adj. schwartz bekleidet. *Daum.* Cœlum nigrivesti nube inhorrescens.

*NIGRO, are, schwartz machen. *Stat. Silv.* Nigrare aliquem. *Item,* schwartz seyn. *Lucr.* Ea, quæ nigrant.

*NIGRŎPEPLUS, a, um, schwartz verhüllt. *Taubm. 2. Carm.* Hoc nigropeplarum dedecus Eumenidum.

*NIGROR, m. 3. Schwärtze. *Cicer. 1. de Div.* ex *Pacuv.* Noctis & nimbûm nigror.

NĬHIL, n. 3. nichts. *Cic.* Vir bonus: sed nihil ad Persium, i. minimè cum P. comparandus. *Id.* Nihil agere, vergebens arbeiten. *Liv.* Nihil præterquam vigilatum est. *Cic.* Nihil festinare, i. non festinare. *Plaut.* Nihil moror salutem tuam, i. nihili facio. *Ter.* Mane. C. nihil minus, i. non faciam. *Liv.* Nihil admodum territus, i. parùm. *Plaut.* Nihil piscium. *Cic.* Nihil amplius, *Form.* Vid. *Parei L. C. p. 787.*

NĬHILDUM, i. nihil adhuc. *Cic.* Nihildum certi à te exquiro. *Id.* Nihildum Brundusio erat allatū.

*NĬHĬLESCO, scere, zu nicht werden / zergehen. *G. Weiraehius:* Ex nihilo nihil in nihilum nihilescet: abibunt Omnia. *Daum.* Nihilescere instar bullæ.

*NĬHĬLĬFĂCIO, facere, nichts achten. *Plaut. Mil.* Nihilifacio, quid faciat cæteris.

NĬHĬLĬPENDO, dere, idem. *Ter.* Ego istuc abs te factum nihilipenderem?

NĬHĬLĬTAS, f. 3. Nichtigkeit. *Barth. Solil. 1, 2.*

NĬHĬLŌMĬNUS, nichts desto weniger. *Cic.* Meo animo nihilominus Eloquentiæ studendum est. *Id.* Nihilominus, ut ego absim, hæc confici possunt, i. etiam me absente.

NĬHĬLUM, n. 2. nichts. *Ter.* Cui minus nihilô est. *Cic.* In nihilum interire. *Plaut.* Non hoc de nihilo est. Nihili homo, *Pincier in Parerg. 4, 35.* *Terent.* Nihilô secius mox deferent puerum huc, i. nihilominus.

NIL, n. nichts. *Hor.* Nil faciet sceleris pia dextera. *Item,* Adv. *Virg.* Deponunt animos, nil magnæ laudis egentes. *Lucret.* Nil opus est verbis.

NĬLION, n. 2. νείλιον, gemma. *Plin. 37, 6.*

NĬLUM, n. 2. nichts. *Lucr. 1.* Nil igitur fieri de nilo posse, fatendum est. *Id.* Haud igitur possunt ad nilum quæque reverti.

*NIMBĀTUS, a, um, i. fasciâ frontali ornatus. *Plaut. Pœn.* Quàm magis aspecto illam, tam magis est nimbata.

NIMBĬFER, a, um, Platzregen bringend.

*NIMBĬVŎMUS, a, um, idem. *Monin. D. 2. Beref.* Nimbivomis per inania nubila pennis Proruitant.

NIMBŌSUS, a, um, ungestümm. *Virgil.* Fluctu nimbosus Orion.

NIMBUS, m. 2. ein Schlagregen. *Cic.* Animos fulminibus, tempestatibus, nimbis terrere. *Ovid.* Densi funduntur ab æthere nimbi. *Transl. Cic.* pro *Repentino casu* usus est: Hunc quidem nimbum citò transiisse lætor. Aliquando

quando *Ventum* significat. *Virgil.* Nimbi sonuerunt æthere totô. Item, *Nubem. Virg. 1. Georg.* Item, *Genus vasis. Martial. l. 14.* Largas fundet nimbus aquas. Item, *Fasciam frontalem.* Vid. *Pareus in L. C. p. 788.*

Nĭmie, Adv. gar sehr. *Plautus Mil.* Nimiè amari.

*Nĭmiĕtas, f. 3. Uberfluß. *Col. 6, 24.* Nimietate pabuli lascivire. Vid. *Voss. de Vit. L. L. 3, 29.* & *Stephan. in Sax. p. 105.*

Nĭmiŏpĕre, Adv. gar viel. *Cic. Parad.* Quos ædificia magnifica nimioperè delectant.

Nīmīrum, Adv. nemlich/ ohne Zweiffel. Idem, quod *Certè. Ter.* Nimirùm hîc homines frigent. *Hor.* Cui placet alterius, sua nimirùm est odio sors. Item, *Scilicet. Cic.* Hoc nimirùm est illud, quod de Socrate accepimus.

Nĭmis, Adv. sehr/gar viel. *Cicer.* Nimis avidus. *Plaut.* Nimis benè. *Cic.* Nimis insidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur. *Plaut.* Nimis quàm cupio. *Cicer.* Nimis valdè laudare.

Nĭmium, Adv. zuviel. *Tib.* Iratus nimiùm, nimiumque severus. [Vid. *Pareus in Lex. Crit. p. 791.*] *Cic.* Nimiùm multi. *Agell.* Nimiùm quàm delectabiliter declamare. *Id. 18, 3.* Facundiâ nimiùm quanto præstabilis.

Nĭmius, a, um, zuhefftig. *Ulp.* Nimia circa maritum mulier. *Horat.* Nimius merô, i. intolerabilis ebrietate. *Sen.* Nimius amnis. *Liv.* Nimius imperii. *Cic.* Nimius in decernendis honoribus, & tanquam prodigus. *Nimio*, Abl. *Comparativis* solet jungi. *Ter.* Nimiô minus sævus jam sum. *Cic.* Te nimiô plus diligo. *Plaut.* Vixisse, nimiô satius est, quàm vivere.

Ningo, ninxi, ningere, schneien. *Virg. 3. Georg.* Interea totô non secius aëre ningit.

*Ningor, m. 3. Schneegewitter. *Apul. l. de Mund.* Eam tempestatem nos ningorem vocamus.

Ninguĭdus, a, um, schneicht. *Auson.* Juga ninguida Pyrænei. *Prud.* Cibus ninguidus, i. *Manna. Fulg. 1. Myth.* Ninguida canis albentibus cæsaries.

*Ninguis, f. 3. Schnee. *Lucret. 6.* Albas decedere ningues. *Apul.* Omnia ningue canebant. Vid. *Lauremb.*

*Ninguitur, es schneiet. *Apul.* Spatium illud, quô pluitur & ninguitur.

*Ningŭlus, i. nullus, keiner. *Enn. apud Fest.*

Nisi, Conj. wo nicht. *Ter.* Hanc, nisi mors, mihi adimet nemo. *Id.* Nihil aliud, nisi Philumenam volo, i. quàm, præterquam. *Cicer.* Nisi quis Deus nos respexerit. *Id.* Nisi quod, ohn allein. Interdum pro *Sed* ponitur. Vid. *Lauremb. p. 297.* & *Goclen. in Obs. L. L. p. 166.*

Nisus, a, um, idem, quod *Nixus. Cic.* Vestrâ æquitate nisi confidimus. Vid. *Pareus in Lex. Crit. pag. 793.*

Nīsus, m. 2. avis, Habicht. *Virg. 1. Georg.*

Nīsus, m. 4. Unterstehung/ Müh. *Cicer.* Pedetentim ire, & nisu sedatô. *Plin.* Vehementi nisu levare quid.

Nĭtēdŭla, f. 1. Johannes-Würmlein. *Cicer. pro Sest.* Id fatum civitatis fuit, ut illa ex vepreculis extracta nitedula Remp. conaretur arrodere. Vid. *Elmenh. in Arnob. p. 92.*

*Nĭtĕfactus, a, um, schön gebutzt. *Juvenc.* Crinem nitefactus olivô.

Nĭtēla, f. 1. das Glänzen. *Mart. lib. 5.* Crine vincere auream nitelam. *Solin.* Nitelæ pulveris. *Id.* Nitela armorum. *Id.* Ad nitelam incedere. [Vid. *Salm. Sol. p. 316.* & *Voss. in Etymol.* qui ait, esse *muris* genus.]

*Nĭtēlīnus, a, um, rötlich. *Plinius lib. 16. cap. 38.* Nitelina salix, i. rufa, rutila, interprete *Vossio*.

Nĭtens, o. 3. glänzend. *Cic.* Non valdè nitens oratio. *Catull.* Ore nitens. Nitentium rerum Centurio, *Valles. in Amm. p. 107.* Item, unterstehend. [Et tunc prima *producitur.*] *Cicer.* Corvus, plumato corpore nitens.

Nĭteo, nitui, nitére, scheinen/ glänzen. *Cicer.* Nitere unguentis. *Plaut.* Ut oleum, nitidè nitet. *Stat.* Ante alias Regina nitet.

Nĭtesco, scere, scheinen. *Cic. Arat.* Candore nitescere. *Sol. c. 25.* Lunâ nitescente.

Nĭtībundus, a, um, der sich unterstehet. *Agell. 1, 11.* Conspiratu tacitô nitibundi.

*Nĭtĭdātus, a, um, gesäubert/ gereiniget. *Barth. Solil. 14, 6.* Nitidatus à fecibus massæ terrulentæ.

Nĭtĭde, Adv. rein/ säuberlich. *Plaut.* Nitidè nitet.

*Nĭtĭdĭtas, f. 3. Glantz/ Schein. *Accius apud Non.* Figuræ nitiditas.

*Nitidiuscŭle, Adv. etwas rein / säuberlich. *Plaut. Pseud.* Curare aliquem nitidiusculè.

Nĭtĭdo, are, säubern / glänzend machen. *Ennius:* Nitidare corpora. *Colum, 12, 3.* Ferramenta detersa nitidentur atque rubigine liberentur.

Nĭtĭdus, a, um, sauber/ausgebutzt. *Cic.* Pexô capillô nitidus. *Plaut.* Nitidus filiæ nuptiis, i. nitidè indutus. *Item*, Urbanus. *Hor.* Ex nitido fit rusticus.

*Nĭtĭfĭcātus, a, um, gereiniget / gesäubert. *Barth. Solil. 11, 1.* Nitificatus & emundatus.

Nĭtor, m. 3. Glantz / Schein. *Lucret*, Nitor auroræ. *Cic.* Orationis nitor, i. puritas. *Id.* Sine nitore & palæstra vires. Item, *Pinguedo. Vitruv.* Olei nitor.

Nītor, nisus, vel, nixus sum, niti, Dep. unterstehen. *Ovid.* Niti in adversum. *Virg.* Niti alis, i. volare. *Cic.* Niti ad gloriam immortalem. *Id.* Niti contra alicujus honorem. *Plin. Epist.* Niti pari jugô. *Livius:* Niti pro aliquo. *Quint.* Æquô niti. *Cic.* Viribus suis niti, i. confidere. *Id.* In hoc nititur salus civitatis.

Nitrāria, f. 1. Salpeterhütte. *Plin. 31, 10.*

Nitrātus, a, um, gesalpetert. *Martial. 13.* Aqua nitrata.

*Nitreus, a, um, salpetrisch. *Bapt. Mantuan.* Humidus, & nitreâ paries lanugine candens.

Nitrōsus, a, um, voll Salpeter. *Plin.* Lacus nitrosus. *Cal. Aurel.* Nitrosæ aquæ.

Nitrum, n. 2. νίτρον, Salpeter. *Plin. 31, 10. Ovid.* Radens tubera nitrum. Vid. *Micræl. in Lex. p. 889.*

Nĭvālis, le, Adj. schneicht. *Horat.* Auræ nivales. *Colum.* Nivale cœlum. *Virgil.* Candor nivalis. *Martial.* Osculum nivale, i. frigidum.

Nĭvārius, a, um, zum Schnee gehörig. *Plin. L. 24. c. 1.* Saccus nivarius. *Pomp. JCt.* Colum nivarium.

Nĭvātus, a, um, erkühlt vom Schnee. *Suet. Neron.* Refotus calidis piscinis, ac tempore æstivô nivatis.

*Nĭvĕfacto, are, schneicht machen. *Monin. D. 2. Beres.* Hæc rigidô nivefactat frigore barbam.

*Nĭvens, o. 3. blinzlend/nickend. *Petron.* Niventibus oculis maris fidem inspicere.

*Nĭveo, are, schneeweiß machen. *Monin. D. 3. Ber.* Xanthus Potorem nigratque gregem niveatque. *Id. D. 1.* Amycleæ niveata volucris Penna. *Id. D. 4.* Niveans olor.

*Nĭveo, ére, weiß seyn. *Daum.* Quot floccculis niventes Campos hiems inalbat.

*Nĭvesco, scere, schneeweiß werden. *Tertull. de Pall.* Lavacrô nivescere.

Nĭveus, a, um, schneicht. *Cic.* Liquor niveus. *Virgil.* Aggeribus niveis jacet terra informis. Interdum pro *Candido* sumitur. *Ov.* Columbæ niveæ. *Virg.* Vitta nivea.

Nĭvōsus, a, um, idem. *Liv.* Nivosa hiems. *Ov.* Nivosa Scythia.

Nix, f. 3. Schnee. *Ov.* Nive candidior. *Horat.* Capitis nives, graue Haar. *Apul. de Mundo:* Nix eboris. *Prov.* Persuadere, nivem atram esse, tenebras lucem. *Novarin. T. 1. Ad. Eccl. pag. 448.*

Nixii, pl. m. 2. *Dii*, Geburtsgötter. *Fest.* Vid. *Dempst. in Rosin. p. 396.*

*Nixor, ari, Dep. sich unterstehen. *Lucr.* Nixantem trudere monte Saxum. *Id.* Fundamenta, quibus nixatur vita salusque, i. *fulcitur.*

*Nixŭrio, ire, gern thun wollen. *Nigidius:* Nixurit, qui niti vult.

Nixus, a, um, angelehnet/gestützet. *Propert.* Ad antra nixus. *Liv.* Nixæ genibus. *Virg.* Super abjectum positô pede nixus. *Prop.* Manibus caput nixa. *Cic.* Hastili nixus. *Id.* Æquitate nixus. Vide, *Nisus.*

Nixus, m. 4. das Kindergebären. *Virg.* Fœtus nixibus edere. *Item*, Müh/Fleiß. *Quint.* Totius corporis nixu in aliquid incumbere. *Cic.* Nixus astrorum.

Nixus, m. 2. sidus cœleste. *Cic. in Arat.* Vagans vulgatô nomine Nixus.

No, nare, schwimmen. *Plinius:* Nare contra aquam. *Horat.* Sine cortice nare. *Ov.* Carinæ nant fretô.

Nōbĭlis, le, Adj. wol bekand. *Plautus Pseud.* Iis nunquam nobilis fui. [Vid. *Lauremb. pag. 297.*] *Item*, Edel. *Cicer:* Homines apud nos noti, inter suos nobiles. *Ovid.* Corinthus, nobilis ære. *Cic.* Vitiis nobiles. *Sil.* Nobilis ortu. *Cicer.* Nobilis in Philosophia. *Idem:* Ex

doctrina nobilis. *Plin.* Vitulis marinis ad multa nobile fel, i. utile.

NŌBĬLĬTAS, f. 3. Adel. *Cic.* Nobilitate, blandâ conciliatriculâ, commendatus. *Ov.* Ingenitæ nobilitatis homo. Item, *Fama, celebritas.* *Cic.* Florere nobilitate discipulorum. *Plin.* Columbarum nobilitas.

NŌBĬLĬTĀTUS, a, um, wol bekand / geadelt. *Cic.* Phalaridis præter cæteras nobilitata crudelitas. *Plin.* Nobilitatus adulteriô. *Id.* Nobilitatus marmore Praxiteles.

NŌBĬLĬTER, Adv. adelich / treflich. *Plin.* 34, 8. Posidonius argentum cælavit nobiliter.

NŌBĬLĬTO, are, adeln / berühmt machen. *Ter.* Flagitiis aliquem nobilitare. *Cic.* Multitudine rerum gestarum nobilitari.

NŎCENS, o. 3. schädlich. *Horat.* Allium, nocentius cicutis. *Quint.* Mores nocentissimi. *Cic.* Turpis & nocens vita, ein lasterhafftig Leben. *Item*, der That schuldig. *Cic.* Nocentium salus desperata.

NŎCENTER, Adv. schädlich. *Colum.* 8, 2. Sudibus nocenter armatus. *Tert. Apol.* Nocenter aliquid exercere.

*NŎCENTIA, f. 1. Schuld. *Barth. Soliloq.* 1, 4. Nocentiæ compedibus solvi.

NŎCEO, nocui, nocitum, nocére, schaden. *Virg.* Nocere frugibus. *Plautus Mil.* Nocere aliquem. [Vid. *Salm. in Sol. p.* 29. & *H. A. p.* 54.] *Liv.* Nocere noxam. *Cic.* Curare, ne quid ei noceatur.

*NŎCĬBĬLIS, le, Adj. schädlich. *Gloss. Græc. Lat.* βλαβερός, detrimentabilis, nocibilis.

NŎCĪVUS, a, um, idem. *Plin.* 20, 2. Pecori nocivus. *Firmic.* Quos nociva armet improbitas.

*NOCTAMBŬLUS, a, um, bey der Nacht herumgehend. *Barth. in Celest.* Noctambula larva.

*NOCTESCO, scere, finster werden. *Furius* apud *Agell.* 18, 11. Omnia noctescunt tenebris caliginis atræ. *Scribanius de Pass. Chr. c.* 2. Ad hanc rem noctescunt omnium mentium acies.

NOCTĬCĬNIUM, n. 2. Nachtzeit. *Barth. in Celest. p.* 143. Est jam nocticinium.

*NOCTĬCŎLA, m. 1. der die schwartze Farb liebt. *Prud.* Nocticola Indus.

NOCTĬCŎLOR, o. 3. stockfinster. *Auson.* Nocticolor Styx.

NOCTĬCŬBUS, m. 2. i. adulter. *Cassiod.*

NOCTĬCŬLA, f. 1. parva nox, Nächtlein. *Cathol.*

NOCTĬDŎMUS, a, um, der die Finsterniß vertreibt. *Monin. D.* 1. *Beref.* Noctidomus rex.

NOCTĬFER, a, um, i. noctem afferens. *Item*, der Abendstern. *Catull.* Eoos ostendit noctifer ignes.

NOCTĬLŪCA, f. 1. luna, der Mondschein. *Hor.* Vid. *Voss. de Vit. L. L.* 3, 29.

NOCTĬLUSTRIS, stre, Adject. i. noctem illustrans. *Balde.*

*NOCTĬPŪGA, vel, NOCTĬPUNGA, pl. n. 2. quæ noctu pungunt. *Lucil.* obscena ita vocat.

NOCTĬVĂGUS, a, um, Nachtrab, Nachtschwärmer. *Lucr.* Noctivagæ cœli faces. *Virdungus* * *noctivagans* usurpat: Noctivagans plebs manium.

*NOCTĬVĬDUS, a, um, i. qui noctu videt. *Martian. Capell. l.* 6. Noctividæ alitis usus.

*NOCTIUS, a, um, i. nocturnus, nächtlicht. *Lucret.* 6. Nec noctia secla ferarum Exibant silvis. *Barth. Adv.* 1, 9.

NOCTU, i. nocte, zu Nacht. *Sall.* Diu noctuque laborare. *Cicer.* Ejici noctu. *Macrob. Sat.* 1, 4. Noctu futurâ. Vid. *Pincier in Parerg. l.* 4. *c.* 37.

NOCTUA, f. 1. eine Nachteul. *Prov.* Tam infausti ominis, quàm noctuæ. Aliud *Prov.* legitur apud *Cic.* Noctuas mittere Athenas. *Item*, Noctua inter cornices: de *Simplici*, quando in petulantes incidit. *Novarin. T.* 2. *A. E. pag.* 328.

NOCTUĀBUNDUS, a, um, i. noctu vagans. *Cic. ad Att.* Noctuabundus ad me venit cum epistola tabellarius. [Vid. *Goclen. Probl. Gr.* 2, 24.] *Vird.* Per currus fuscæ noctuabundos heræ.

*NOCTUĪNUS, a, um, i. cæsius, glaucus. *Plaut. Curc.* Tune cum noctuinis oculis?

*NOCTURNĀLIS, le, Adj. zur Nacht gehörig. *Sidon.* 7, 16. Nocturnalis cucullus.

NOCTURNUS, m. 2. *Deus* noctis, Gott der Nacht. *Plaut. Amphitr.* Credo, Nocturnum obdormivisse ebrium. *Item*, Abendstern. *Stat.* Totidem Lunæ prævenerat ignes Mutatô Nocturnus equô.

NOCTURNUS, a, um, nächtlicht. *Cic.* Labores diurni nocturnique. *Horat.* Merô certare nocturnô. *Petronius* eleganter *fures* vocat *Advocatos nocturnos.* Interdum pro *Adverbio* sumitur. *Virg.* Nocturnus obambulat, i. noctu.

NOCTU-

Noctūvigila, f. 1. i. noctu vigilans. *Plaut.* Venus noctuvigila.

Nŏcŭmen, n. 3. damnum, Schad. *Guil. Brito l. 9.* Nescius ergo suum se procurare nocumen.

Nŏcŭmentum, n. 2. idem. *Caspar Hofm. Carm. 68.* Ut tuti simus nocumento liberi ab omni.

Nŏcuus, a, um, schädlich. *Cic. 3. de Leg.* Civis nec obediens & nocuus.

Nōdātio, f. 3. Knüpffung. *Vitruv. 2, 9.* Nodationis durities.

Nōdātus, a, um, geknüpfft. *Ovid.* Laqueô collum nodatus amator. *Lact. de Off. Dei c. 7.* Ossa nodata nervis alligare.

* **Nōdellus**, m. 2. parvus nodus, Knöpflein. *Cathol.*

Nodia, f. 1. herba. *Plin. 24, 19.*

Nōdīnus, m. 2. *Deus*, ita dictus. *August. de C. D.*

Nōdo, are, knüpffen. *Virg.* Crines nodantur in aurum. *Cato:* Nodare vitem per ramos.

Nōdōsus, a, um, voll Knoden. *Horat.* Chiragra nodosa. *Id.* Homo nodosus, i. scrupulosus. *Macrob. Sat. 7, 1.* Nodosæ & anxiæ quæstiones, i. difficiles. *Oros.* Nodosa solicitudo.

Nōdŭlus, m. 2. ein Knöpflein. *Plin. 21, 5.* Noduli, se nudantes.

Nōdus, m. 2. ein Knopf. *Virg.* Nodi aheni, i. catenæ. *Plin.* Articulorum nodi, Knorren. *Horat.* Segnes nodum solvere Gratiæ, i. copulam. *Prov.* Nodus Herculeus, i. indissolubilis. Interdum sumitur pro *difficultate*. *Cic.* Expedire nodum. *Lucret. 4.* Validos Veneris perrumpere nodos. *Item*, ein Knode / in arbore. *Ter.* Nodum in scirpo quærere. *Cœlestis nodus*, i. sidus piscium. *Cic. in Arat.*

Nōdūtus, m. 2. *Deus*, qui ad nodos perducit res satas. [*Aliis* dicitur *Nodutis*.] *Elmenh. in Arnob. p. 131.*

* **Noegeus**, a, um, i. albus, candidus, weiß. *Balde:* Noegea fortunæ quondam vertuntur in atra.

Noēma, n. 3. νόημα, genus sententiarum. *Quint. 8, 5.* Vid. *Micræl. p. 890.*

Nōla, f. 1. eine Schelle. *Quintil. 9, 3.* In triclinio Coa, in cubiculo nola. Vid. *Voss. p. 2. Rhet. l. 4. c. 11.*

* **Nōlentia**, f. 1. das nicht Wollen. *Tert. 1. contra Marcion.* Bilis, nolentia, offensa.

Nōlo, nolui, nolle, nicht wollen. *Ter.* Mulieres nolunt, ubi velis: ubi nolis, cupiunt ultrò. *Cicer.* Nollem dixisse. *Id.* Non nolle, i. velle. *Form.* Quærere noli; de *re certa*, *Gis.* Noli me tangere, *herba* sic dicta, Springsamenkraut. *Tabernem. pag. 1254.* * *Noltis*, apud *Lucil.* occurrit: Voltis? empta est. Noltis? non est empta.

* **Nōluntas**, f. 3. das nicht Wolle. *Enn.* Vim tua noluntas facit imperiosa, vetandô. Item, *Augustin. de C. D. 14, 6.* Vid. *Voss. de Vit. L. L. 3, 29.*

Nŏmădĭcus, a, um, νομαδικός, pascuis vivens. *Prov.* Nomadicam vitam agere. Vid. *Erasm.*

Nŏmæ, pl. f. 1. νομαί, fressende Kranckheit. *Plin. 23, 4.* Nomas repurgare.

Nŏmarcha, m. 1. νομάρχης, ein Landvogt.

Nŏmas, c. 1. νομάς, in pascuis degens inter armenta. *Martial. 8.*

Nōmen, n. 3. ein Name. *Cicer.* Imponere nomen alicui rei. *Horat.* Notus mihi nomine tantùm. Aliquando pro *Fama* ponitur. *Hor.* Multi nominis mulier. *Cicer.* Magnum nomen in Oratoribus habere. *Plin. Paneg.* Magna nomina, i. magni nominis homines. Interdum pro *Causa* sumitur. *Cic.* Non tam tuo, quàm Reip. nomine. [Vid. *Hadr. Card. p. 347.*] *Sall.* Honestis nominibus, i. sub honesto prætextu. *Item*, pro *Debito*. *Cic.* In nominibus esse. *Plaut.* Nomina expungere. [Vid. *Hadr. Card. p. 376.*] *Item*, pro *Familia*. *Virgil.* Nostrum in nomen iturus.

Nōmenclātio, f. 3. Namsung / Erzählung der Namen. *Col. 3, 2.* Nomenclationis aucupium.

Nōmenclātor, m. 3. der die Namen anzeigt. *Quint. 6, 3.* [Scribitur etiam, *Nomenculator*.] Vid *Vallesi. in Ammian. p. 24.*

Nōmenclātūra, f. 1. Register / Benennung der Namen. *Plin.* Cœlestis nomenclatura.

* **Nōmenclo**, are, mit Namen nennen. *B. Mantuan. 3. Nic. Col.* Nam, quod post fata relictum est, Reliquias nostri nomenclavêre. *Id.* Solemnia fiunt Inclyta, quæ Pasch nomenclat Judæa vetustas.

Nōmĭnālia, pl. n. 3. Namenstag. *Gloss. L. Gr.* Nominalia, ὀνοματοθέσια. *Tert. de Idol.* Officia nuptialium, nominalium, &c.

Nōmĭnālis, le, Adj. i. ad nomen pertinens. *Varro:* Gentilitas nominalis.

* **Nōmĭnālĭter**, Adv. instar nominis. *Arnob. 2.*

Nōmĭnātim, Adv. mit Namen. *Cicer.* Nominatim peccata perscribere. *Id.* Excludi nominatim

minatim aliquô honore. Interdum *Expreßè*, eigentlich / significat. *Cic.* Nominatim duo te rogo. *Id.* Nominatim dicere. Vid. *Richt. in A. J. p. 489.*

Nōmĭnātio, f. 3. Nennung / Erwählung. *Liv.* Facere nominationem. *Cic.* Nominatione suâ cooptare aliquem.

Nōmĭnātus, a, um, benennet. *Cic.* Ab Aristippo Cyrenaici nominati. *Item,* berühmt. *Cic.* Attalica peripetasmata totâ Siciliâ nominata. *Tertull. de Anima:* Nominatiora pericula.

*Nōmĭnĭto, are, oft nennen. *Lucret. 3.* Motus, quem sensum nominitamus. *Id. 4.* Cortex nominitanda est.

Nōmĭno, are, nennen / benennen. *Ter.* Nominare nomen alicujus. *Cic.* Honoris causâ aliquem nominare. *Formul.* Quem nominare nolo, *Barth. Adv. pag. 95.* *Item,* zum Amt benennen / vorstellen. *Cic.* Non potes nominare digniorem, quàm Bibulum.

Nŏmisma, n. 3. νόμισμα, Müntz. *Auson.*

Nŏmŏphy̆lax, m. 3. νομοφύλαξ, legum præses & custos. *Cic. 3. de Leg.*

Nŏmus, m. 2. νομὸς, i. lex in Musica, vel qualitas vocis. *Suet. Neron.* Inchoatum absolvere νομόν.

Non, Adv. nein / nicht. *Ter.* Non, non sic futurum est: non potest. *Mart.* Non est, quòd metuas. *Cic.* Non minimè commoveri, i. maximè. *Plin.* Non pridem, i. jampridem. *Suet.* Veste non temerè aliâ, quàm domesticâ usus est, i. ferè nunquam. *Id.* Servum non ultra quàm compedibus coërcuit, i. tantùm. *Non*, interdum *Adjectivis* additur; ut: *Non honestus*, &c. Vid. *Pareus in L. C. p. 797.* Item, *Substantivis*, ut: *Non Dominus. Id. pag. 800.* Aliquando pro *Nonne* sumitur. *Ter.* Non, si redisset pater, ei veniam daret? *Non verò*, improbat *Gocl. in Obs. L. L. p. 167.*

Nōna, f. 1. una ex Parcis. *Agell. 3, 16. Tert. de Anima cap. 37.* Superstitio Rom. Nonam & Decimam à sollicitioribus mensibus finxit.

Nōnæ, pl. f. 1. der fünffte oder siebende Tag im Monat. *Macrob. Sat. 1, 13.*

Nōnăcuplus, a, um, neuntzigfältig.

Nōnāgĕcuplex, o. 3. neuntzigerley.

Nōnāgēnārius, a, um, neuntzigjährig. Interdum pro *Nonagesimo* ponitur. *Plin. 2, 15.* Nonagenarius morus.

Nōnāgēni, æ, a, pl. je neuntzig.

Nōnāgēsĭmus, a, um, der neuntzigste. *Cic.* Annus quartus & nonagesimus.

Nōnāgies, Adv. neuntzigmal. *Cic.*

Nōnāginta, Indecl. neuntzig. *Cicer.* Annos nonaginta natus.

Nōnārius, a, um, von neunen. *Pers. Sat. 1.* Si Cynico barbam petulans Nonaria vellat, i. meretrix.

Nondum, Adv. noch nicht. *Cic.* Nondum satis constitui. *Id.* Nondum planè est expeditus.

RŌBUR, n. 3. Hag-Eichen. *Plin. 16, 2.* Roborum vastitas, intacta ævis & congenita mundo. *Virg.* Infabricata robora. *Ovid.* Nodosô robore aliquid frangere, i. clavô. *Tabernam. p. 1378.* Item, ein Gefängniß. *Liv.* In robore exspirare. [*Pareus in L. Cr. pag. 1097.*] Item, Stärcke. *Cic.* Incredibili quodam animi robore homo. *Id.* Satis ætatis & roboris habet. *Virg.* Antiquô roboré quercus. *Quint.* Mentiri saginâ robur.

RŌBURNEUS, a, um, von Eichen. *Col. 9, 1.* Fruges roburneæ.

*RŌBUS, a, um, rot. Bos robus, *Fest.* Item, genus frumenti. *Col. 2, 6.*

RŌBUSTEUS, a, um, von Eichen. *Varro de Re Rust. 1, 38.* Robustea materies. *Vitr. 2, 1.*

RŌBUSTUS, a, um, baumstarck. *Hor.* Puer robustus acri militiâ. *Plin.* Robustus ad incursum. *Cic.* Robustus in clamando. *Id.* Res vetustate robusta. Item, aus Eichen. *Plaut. Curcul.* Robustus carcer.

*RŌDAX, o. 3. nagend/fressend. *Monin. D. 7. Beresf.* Sartum servans tot secula mundum Falcigeri rodace patris de dente tuetur.

RŌDO, rosi, rosum, rodere, nagen. *Ovid.* Rodi rubigine scabrâ. *Horat.* Amicum absentem rodere. *Cic.* In conviviis rodere, i. obtrectare.

*RŌDUS, n. 3. rodus saxeum. *Lucil.* Rodus plumbi, i. pondus.

RŎGĀLIS, le, Adj. i. ad rogum spectans. *Ov.* Flammæ rogales. *Sid. 3, 3.* Funerari rogalibus fragmentis culminum. *Id. 3, 13.* Deformior cadavere rogali.

*RŎGĀMEN, n. 3. eine Frag. *Gloss. L. Gr.* Rogamen, ἐρώτημα.

*ROGAMENTUM, n.2. eine Frag. *Apul.* Rogamentum proponere.

*ROGARIUS, m.2. Todtenverbrenner. *Gloss. Gr. L.* νεκροκαύστης, rogarius, bustuarius.

ROGATIO, f.3. eine Frag. *Cic.* Rogatio, & huic finitima percontatio. *Item*, ein Antrag. *Cæs.* Ferre rogationem ad populum. *Item*, Bitt. *Valer. Max.* 6, 4. Alicujus injustæ rogationi resistere.

ROGATIUNCULA, f.1. idem. *Cicer. Pro domo sua*: Aliquid ex rogatiuncula facere.

ROGATOR, m.3. ein Antrager. *Cic.* Comitiorum rogator. [*Pareus in L.C. p.* 1098.] *Item*, ein Bitter. *Plaut.* Ut rogator ostiatim petam panem? *Cic. ad Att.* Hæc epistola non suasoris est, sed rogatoris.

*ROGATORIUS, a, um, zum Bitten gehörig.

*ROGATURA, f.1. i. salutatio. *Gloss. Græc. Lat.* ἀσπασμὸς, rogatura.

ROGATUS, a, um, gefragt/gebett. *Plin.* Rogatus sententiam in Consulatu. *Ovid.* Gaudent esse rogatæ Puellæ. *Id.* Vocibus rogatis flecti.

ROGATUS, m.4. eine Bitt. *Cic.* Rogatu meô impetravit. *Id.* Ad rogatum alicui respondere.

ROGITATIO, f.3. Gesetz. *Plaut. Curc.* Rogitationes plurimas sciscere.

ROGITO, are, bitten. *Terent.* Rogitare, ad cœnam ut veniat. *Item*, fragen. *Terent.* Rogitare, ubi Æschines siet. *Plaut.* Rogito pisces, indicant caros. *Virg.* Rogitare super aliquo.

ROGO, are, idem. *Agell.* Rogare ab aliquo cultellum. *Cicer.* Rogare aliquem beneficium. *Plaut.* Rogare aquam de proximo. *Cic.* Rogare aliquem de aliqua re. *Plin. Epist.* In consilium rogare. *Cic.* Rogo, ut eum juves. *Ovid.* Supplice voce rogare. *Proverb.* Emere malo, quam rogare; *Cic. Cato*: Rogare utendum. *Item*, fragen. *Plaut.* Unum rogare te volo. *Id.* De isthoc rogare omitte. *Cic.* Rogare legem, fürtragen. *Id.* Rogare aliquem sententiam, fragen. *Liv.* Rogare sacramentô militem, schweren lassen.

ROGUS, m.2. Holtzhauff/darauf man die Todten verbrennt. *Cic.* Ascendere in rogum. *Id.* In rogum aliquem imponere. *Prov.* E rogo cœnam capere. *Oros.* Unus rogus tota civitas facta est. *Afranius* rogum* etiam *g.n.* usurpat, apud *Nonium*.

*ROMIPETA, c.1. Pilger/der nach Rom wallfahrt. *Sarisb.* 6, 1.

ROMPHÆA, f.1. ῥομφαία, Schlachtschwert. [Vide suprà, *Rhomphæa.*] *Val. Flacc.* 6. *Argon. penult.* corripit: Æquaque, nec ferrô brevior nec romphea ligno. Vid. *Voss. Etymolog.* & *Agell.* 10, 25.

RONCHUS, m.2. das Schnarchen. Vide suprà, *Rhonchus.*

RORALIS, le, Adj. zum Besprützen. *Ovid.* Virgaque rorales laurea misit aquas.

*RORAMENTUM, n.2. Abgänglein. *Capitolinus*: Roramenta auri. Ita *Laurenb.*

RORARIUS, a, um, den Angriff machend. *Liv.* 8. Rorarii milites. [*Salm. de Mil. pag.* 150. 174.] Rorarium vinum. *Symmach. l.* 8. *Ep.* 47. Tanquam levis armaturæ miles, rorarios imitaris.

*RORATILIS, le, Adject. das tröpffelt. *Jovian. Pont.* Fontes roratilis urnæ Muniat elatus paries.

*RORATIM, Adv. tropffsweis. *Jovian. Pontan.* Seni falernum Diffusum cyathô minutiore Roratim ingeminare ter quaterque.

RORATIO, f.3. Abfall der Weinbeer wegen deß Meeltaus. *Plin.* 17, 24. *Item*, Tau. *Apul.* 9. *Met.* Rorationes nocturnæ.

RORATUS, a, um, besprengt/betauet. *Ov.* Rorata pruina. *Id.* Roratæ rosæ.

RORELLA, f.1. Sonnentau. *Tabern. p.* 1202.

RORESCO, scere, betauet werden. *Plin.* 18, 33.

*RORIBIBUS, a, um, naß vom Tau. *Mich. Anglicus*: Roribibæ vestes.

RORIFER, a, um, das Tau bringt. *Lucret.* Nox terram roriferis obruit umbris.

*RORIFICUS, a, um, Tau machend. *Corn. Nep. in Carm.* Rorificæ noctis umbræ.

*RORIFLUUS, a, um, vom Tau triefend. *Catalect. Poët.* Quin mage præveniens aquilas vis pigra elefantum Præcurret, volucrumque pigens testudo molossum, Quàm nos rorifluam sectemur carmine lunam.

RORIGENA, c.1. aus Tau geboren. *Th. Rhadin.* Rorigenæ uniones.

RORO, are, tröpffeln/besprengen. *Virgil.* Rorabant

bant sanguine vepres. *Plin.* Rorare imbrem. *Ovid.* Multâ aspergine rorare. *Sil.* Rorare saxa cruore. *Col.* Nonnunquam rorat, es tauet. *Cic.* Pocula rorantia. *Macrob.* 17,9. Minutæ & rorantes responsiones.

*Rŏrŭlentus, a, um, mit Tau bedeckt. *Colum.* Rorulentas baccas legere. *Prud.* Ore contingere rorulenta gramina.

Ros, m. 3. Tau. *Cic.* Ros vitalis. *Ovid.* Lacrimarum rore madidus.

Rŏsa, f. 1. eine Rosen. *Columell.* Nimiùm rosa plena pudoris, i. nimiùm rubra. *Cic.* Sertis redimiri & rosâ. *Plauto,* Rosa, de *Amica* dicitur. *Celsus:* Infundere rosam tepidam, i. oleum rosaceum. *Prov.* Sub rosa dicere. *It.* Opportunitatem amisisse, & rosam in hieme quærere, quam debebat in vere. *Novarin. T. 2. Ad. Eccl. p. 335. Item,* In rosa vivere. [De *Rosa* vid. *Tabernam. pag. 1493.*] Rosa Hierichuntina, *Tabernam. p. 835.*

Rŏsăceus, a, um, aus Rosen. *Plin.* Oleum rosaceum. *Id.* Rosacea corona.

*Rŏsans, o. 3. rosinrot. *Barth. Soliloq. 1, 1.* Rosantibus labellis imprimere.

Rŏsārium, n. 2. Rosengarten. *Ovid.* Amœna rosaria.

*Rŏsārius, m. 2. Rosenhändler. *Gloss. L. G.* Rosarius, ῥοδοπώλης.

*Rŏsātus, a, um, von Rosen gemacht. *Serenus. Lamprid. in Heliog.* Rosatum vinum.

Roscĭdus, a, um, mit Tau besprengt. *Plin.* Nox roscida. *Virg.* Mella roscida.

*Roscŭlentus, a, um, idem. *Zeno Veronens.* Inter flammas rosculenti.

Rŏsella, f. 1. i. parva rosa, ein Röslein. *Cathol.*

*Rŏseŏlus, a, um, rötlicht/wie Rosen. *Barth. Sol. 1, 1.* Roseolæ manus.

Rŏsētum, n. 2. Rosengart. *Virg. 5. Eclog.* Punicea roseta.

Rŏseus, a, um, wie Rosen. *Virgil.* Os roseum. *Ov.* Dea rosea, i. aurora.

Rŏsĭcŏmus, a, um, mit Rosen geziert. *Banhus.* Rosicoma Flora.

Rŏsio, f. 3. das Nagen. *Plin.* Intestinorum rosio. *Id.* Rosiones sistere.

Rosmărīnum, n. 2. & Rosmărīnus, m. 2. Rosmarin. *Plin. 19, 12. Tabernamont. pag. 311. Matthiolus pag. 270.* vocat Weirauchsbaum.

Rosmăris, f. 3. arboris nomen. *Ovidius:* Tegit arbutus herbam, Rosmaris, & laurus.

*Rŏso, are. *Autor Carm. de defectu Lunæ,* quod *Varroni Atacino* quidam tribuunt.

Rŏsor, m. 3. ein Nager.

Rostellum, n. 2. ein Schnäbelein. *Plin.* Muris rostellum. *Col.* Rostellis ova pertundere.

*Rostrālis, le, Adj. wie ein Schnabel. *Sidon. 1, 10.* Dignum poëma, quod apicibus pererrandum auratis justè tabula rostralis acciperet.

Rostrātus, a, um, geschnäbelt. *Cicer.* Navis rostrata. *Plin.* Rostrata corona.

*Rostrĭcānus, a, um, das mit dem Schnabel singt. *Thom. Rhadin.* Rostricanus Picus.

*Rostrĭcen, c. 3. idem. *Barth. Loebiensis:* Rostricines quænam petulantia Picas fecerit.

*Rostro, are, mit der Spitzen oder Schnabel auffschürpfen. *Plin. 18, 19.* Rostrante vomere arari. *B. Mantuan.* Villosa sagittæ Tergora, & hirsutas rostrant hastilia vulpes.

Rostrŭla, f. 1. avis. *Bruyerin. de Re Cib. l. 15. cap. 36.*

Rostrum, n. 2. Schnabel/Schnautze/Rüssel. *Cic.* Aves corneô rostrô. *Plin.* Rostra canum. *Id.* Rostra navium. *Item,* Locus ante Curiam, da man die Bürger anredet. *Cic.* Descendere in rostra.

*Rŏsŭlentus, a, um, voll Rosen. *Prudent.* Variant, floribus ut rosulenta putes Prata rubescere multimodis.

Rŏta, ein Rad. *Plaut. Capt.* Pro rota me uti licet: vel ego huc vel illuc vertar, quò imperabitis. *Plin.* Orbis rotarum. *Cicer.* Rota fortunæ. *Ammian. 26, 25.* Quivis beatus, versâ rotâ fortunæ, ante vesperam potest esse miserrimus. *Item,* Genus tormenti. *Cicer.* In rotam vita beata non ascendit. *Item,* Genus caprarum. *Varro de Re Rust. 2, 1. Item,* Piscis. *Plin. l. 32. c. 11.*

*Rŏtābĭlis, le, Adj. da man fahren kan. *Vet. Inscr.* C. JULIUS CÆSAR VIAMIN VIAM SOLERTIA SUA ET IMPENDIO ROTABILEM REDD.

Rŏta-

*RŏTĀLIS, le, Adject. mit Rädern. *Capitol. in Macrina:* Rotale carpentum.

*RŏTĀTILIS, le, Adj. das man umdrehen kan. *Prud.* Rotatiles trochæi. Confer *Sid. 2, 9.*

*RŏTĀTIM, Adv. wie ein Rad. *Apul. 1.* In orbe rotatim flexuosi.

RŏTĀTIO, f. 3. Umdrehung. *Apul. Apol.*

RŏTĀTOR, m. 3. ein Umdreher. *Stat. l. 2. Silv. Carm. 7.* Bassaridum rotator Evan. *Barth. Solil. 10, 7.* Rotator sententiolarum.

*RŏTĀTŌRIUS, a, um, umdreherisch. *Barlæus Epist.* Rotatoriis amantium oculis aliquid contemplari.

RŏTĀTUS, a, um, rund gedreht. *Ovid.* Cervix rotata. *Juven. Sat. 6.* Sermo rotatus.

RŏTĀTUS, m. 4. das Umdrehen. *Auson.* Præcipitante rotatu Fundere.

RŏTELLA, f. 1. parva rota, ein Rädlein. *Cathol.*

*RŏTĬTO, are, i. frequenter rotare. *Monin. D. 1. Beref.* Tela rotitare trisulca.

RŏTO, are, rollen/umdrehen wie ein Rad. *Ov.* More fundæ rotare aliquem. *Lucan.* Caput ense rotare. *Lucret.* Venti flammas fornacibus rotant. Rotare arma. Vid. *Salm. H. A. p. 60.*

RŏTŬLA, f. 1. ein Rädlein. *Plaut.* Argentarii à foro Abeunt, quàm in cursu rotula circumvertitur.

*RŏTŬLO, are, umdrehen wie ein Rädlein. *Sarisb. 8, 12:* In orbem rotulari, quàm incedere magis idoneus est. *Monin. D. 5. Beref.* Artubus hinc dominæ rotulatis insilit alis.

RŏTUNDĀTIO, f. 3. Rundmachung. *Vitruv. 10, 11.* Spatia, in rotundatione & longitudine æqualia.

*RŏTUNDĀTUS, a, um, rund gemacht. *Sid. 8, 4.* Hendecasyllabi rotundati.

RŏTUNDE, Adv. in die Runde. *Cicer.* Aptè & rotundè, i. eleganter.

RŏTUNDĬTAS, f. 3. Runde. *Plin.* Rotunditas oris. *Id.* Circinata rotunditas.

RŏTUNDO, are, rund machen. *Cic.* Rotundare ad volubilitatem. *Plin.* Rotundare caput. *Horat.* Mille talenta rotundentur.

RŏTUNDUS, a, um, rund. [*Vett.* scribebant etiam, *Rutundus*, teste *Pareo in L. C. p. 1103.*] *Cic.* Globosæ & rotundæ stellæ. *Id.* Verborum apta & quasi rotunda constructio. *Id.* Rotundus orator. *Horat.* Ore rotundô loqui. *Colum.* Rotundissima ova.

RŬBĒCŬLA, f. 1. Rotkählein.

*RŬBĒDO, f. 3. Röte. *Firm. 1, 12.* Color croceus, & rubedinem declinans. Vid. *Voss. de Vitiis L. L. 3, 43.*

RŬBĔFĂCIO, feci, factum, facere, rot machen. *Sil. l. 16.* Rubefacere ora alicujus.

*RŬBĔFACTO, are, röten/rot machen. *Monin. D. 6 Beref.* Horrifici patriô rubefactant tela cruore.

RŬBĔFACTUS, a, um, rot gemacht. *Ovid.* Rubefacta sanguine tellus.

RŬBELLIĀNUS, a, um, rötlicht. *Col. 3, 2.* Rubellianæ vites.

RŬBELLIO, m. 3. piscis, Rotfisch/Rötling. *Plin. l. 32. c. 10.* & *Apic. 10, 7.*

RŬBELLUS, a, um, etwas rötlich. *Mart.* Vejentani fæx crassa rubelli, scil. vini. *Martian. Capell.* Rubellum calvitium. [Vid. *Stephanius in Saxon. pag. 150.*] *Plinius*: Rubellæ vites, vineæ.

RŬBENS, o. 3. rot. *Ovid.* Vina rubentia. *Id.* Ferrum, igne rubens.

RŬBEO, rubui, rubére, rot seyn. *Cicer.* Rubeo, mihi crede. *Ov.* Rubet sanguine terra. *Solin. c. 33.* Purpuram rubere.

RŬBER, bra, brum, rot. *Martial.* Crine ruber. *Ovid.* Flamma rubra. *Plin.* Pilus rubrior.

RŬBESCO, scere, rot werden. *Virg.* Aurora rubescit. *Plin.* Sole rubescere. *Virg.* Radiis rubescere.

RŬBĒTA, f. 1. eine Kröte. *Plin. 32, 5.* Rana rubeta.

RŬBĒTUM, n. 2. Ort/da Brombeer stehen. *Ov. 1. Met.* Dura rubeta.

RŬBEUS, a, um, rot. *Firm. 4, 12.* Rubeis capillis, oculis sanguinolentis. *Item,* von Brombeerstauden. *Virgil. 1. Georg.* Rubea virga. Vid. *Erythr. in Ind. Virg.*

RŬBIA, f. 1. Klebkraut. *Plin. 24, 11.* *Matthiol. p. 279.* vocat Röte.

RŬBĬCUNDŬLUS, a, um, etwas rötlich. *Juvenal. Sat. 6.* Tandem illa venit rubicundula, totum Oenophorum sitiens.

RŬBĬCUNDUS, a, um, rot. *Ov.* Umbri conjux rubicunda mariti.

*Rŭbĭdus, a, um, schwartzrot. *Plaut. Stich.* Ampulla rubida. *Id.* Buccella rubidi panis. *Spart. in Nigro:* Oris rubidi.

*Rŭbĭginesco, scere, rostig werden. *Scalig. in Exercit.* usus est, teste *Gocl. in Probl. Gr. 1, 49.*

Rŭbīgĭneus, a, um, rostig/von Rost. *Cathol.*

*Rŭbĭgino, are, rostig seyn. *Apul. Florid.* Gladius usu splendescit, situ rubiginatur.

Rŭbīgĭnōsus, a, um, rostig. *Martial.* Rubiginosi dentes. *Plaut.* Rubiginosa strigilis.

Rŭbīgo, f. 3. Rost. *Plin.* Æris rubigo. *Virgil.* Exesa scabrâ rubigine tela. *Symm. 7.* Obsolescit silentii rubigine amicitia. *Item,* Brand im Getreidig/Meeltau. *Plin.* Rubigo, segetum pestis. Item, *Dea. Elmenh. in Arnob. pag. 86.* & *Dempst. in Rosin. p. 73.* Vide, *Robigo.*

Rŭbor, m. 3. Röte. *Cic.* Pudorem rubor consequitur. *Plin.* Ardens in ruborem. *Claud.* Incanduit ore rubor.

*Rŭbōro, are, rot machen. *Salmasius usus est in Solin. p. 1149.* Unguentum ruborandis mulierum genis idoneum.

Rubrīca, f. 1. Rötelstein. *Col.* Rubricâ aliquid notare. *Id.* Rubrica terra. *Horat.* Prælia, picta rubricâ. *Autor ad Herenn.* Rubricâ delibutus. Vid. *Colerus in Parerg. c. 37.*

*Rubrīcātus, a, um, mit Rötel gefärbt. *Carm. Priap.* Furi rubricatô minare mutinô. *Petron.* Libri rubricati. [Vid. *Scheff. in Petron. p. 106.*] Rubricata herba. *Marcell. Emp. c. 33.*

*Rubrīcēta, f. 1. Anstreich/damit sich die Weiber färben. *Plaut. Truc.* Buccas rubriceta intinxi tibi.

*Rubrīco, are, rot mahlen. *Claud.* Rubricare ensem.

Rubrīcŏlor, o. 3. rotfärbig. *Barth. 5. Nemor.*

*Rubrīcōsus, a, um, rötlicht/voll Rötel. *Col.* Solum spissum & rubricosum.

*Rubro, are, rot machen. *Alcimus Avit. l. 5.*

*Rubrus, a, um, rot. *Solin. de Chamal.* Colores duo sunt, quos fingere non potest, rubrus & candidus.

Rŭbus, c. 2. Brombeerstaud. *Propert.* Punicei rubi. *Colum.* Rubos in hortis consitas habere. *Agell. 19, 12.* Rubos obortas excidere. Vid. *Tabernam. p. 1297.*

*Ructāmen, n. 3. Groltzung. *Prud.* Carnis & immodicæ spurcô ructamine crudus.

*Ructātor, m. 3. ein Grölzer.

Ructatrix, f. 3. eine Grölzerin. *Martial. 10.* Ructatrix mentha.

Ructātus, a, um, gekocket. *Sil.* Permiscetque merô ructatos ore cruores.

*Ructātus, m. 4. das Grölzen. *Marbodeus de Gemm.* Potaque ructatus simul & suspiria tollit.

Ructĭtō, are, oft köcken. *Col. 6, 6.*

Ructo, are, grölzen. *Plaut.* Ructare alicui in os. *Cic.* Confer sudantes, ructantes, refertos epulis tanquam opimos boves. *Tertull.* Calix venenatus, in quem aliqua mors ructavit. *Sidon. 4, 7.* Inter Apitios epulones & Byzantinos Chironomantas ructare. *Id. 4, 17.* Quirinalis impletus fonte facundiæ, potor Mosellæ Tiberim ructas.

Ructor, ari, Depon. idem. *Horat.* Ructari versus.

*Ructuōsus, a, um, grölzicht. *Quintil. 4, 2.* Ructuosi spiritus. *Taubm.* Natus dolia ponderosa Zythi Tantum educere ventre ructuosô.

Ructus, m. 4. ein Grölz. *Cic.* Stoici, crepitus ajunt æquè liberos, ac ructus, esse oportere. *Plin.* Herba, gravis ructu.

Rŭdens, c. 3. ein Schiffseil. *Cic.* Fortuna, rudentibus apta. *Plaut.* Hanc tibi rudentem complico. *Virg.* Excussos laxare rudentes.

Rŭdens, o. 3. brüllend. *Ovid.* Rudens asellus. *Virg.* Leones rudentes.

*Rŭdentĭsībĭlus, m. 2. i. stridor funium nauticorum. *Pacuv. apud Varron.* [Vid. *Pigh. in Valer. Max. pag. 570.*]

*Rūdĕrārius, a, um, i. furfurarius. *Apul. 8.* Ruderarium cribrum.

Rūdĕrātio, f. 3. Schutt von Steingemüsel. *Vitr. l. 7. c. 1.*

Rūdĕrātus, a, um, von Schutt gemacht. *Plin.* Ruderatus ager.

Rūdĕro, are, mit Schutt machen. *Vitruv. 7, 1.* Saxis ruderari.

*Rūdĕrōsus, a, um, voll Steingemüsels. *Scrib. in Med. Christ.* Scruposum ruderosumque solum.

Rūdētum, n. 2. Lappenberg. *Cato:* In rudeto, & rubricoso loco serere.

Rūdiā-

RŪDIĀRIŪS, m.2. ein beurlaubter Fechter. *Suet. Tib.* Revocare rudiarios.

RŪDĬCŪLA, f.1. Rührlöffel/Rührsteck. *Cato:* Rudiculâ crebrò agitare. *Plin.* Lanæ rudiculâ curatæ, i. virgulâ impolitâ.

*RŪDĬCUS, a, um, rauh/grob. *Fortunat. 2. Mart.* Et rudicô eloquiô, quod carpo, condere certo.

*RŪDĪMEN, n.3. Unterrichtung/Anleitung. *Scalig. in Verſ. Lycoph.* Rudimen verberantis.

RŪDĪMENTUM, n.2. Anfang der Lehr. *Cic.* Rudimentum ponere, i. incipere. *Juſtin.9.* Rudimenta tirocinii deponere ſub aliquo, *Plin.* Rudimentum lucis, i. initium vitæ.

RŪDIS, f.3. eine Fechtstang. *Cic.* Ad rudem compellere. *Id.* Tam bonus gladiator rudem tam citò accepiſti? *Horat.* Rude donatus, beurlaubet. [Vid. *Lipſ. in Saturn. p. 119.*]

RŬDIS, de, Adj. unwissend/grob. *Cic.* Homines, rerum omnium rudes. *Liv.* Ad bella rudis. *Cic.* Rudis in jure civili. *Liv.* Rudes artium. [Vid. *Gocl. in Probl. Gr. 3, 28.*] Item, *Recens.* Vid. *Pareus in L. C. p. 1099.*

*RŬDĬTAS, f.3. Grobheit/Unverstand. [*Martinius Etymol.* nullibi apud *Vett.* legi, aff.] *Apul. Florid.* Prima cratera literatoris ruditatem eximit.

*RŪDĪTUS, m.4. Eselgeschrey. *Apul.*

RŬDO, rudi, rudere, Y gaen. *Perſ. Sat. 3.* Findor, ut Arcadiæ pecuaria rudere credas. *Ov.* Ut rudit à ſcabra turpis aſella molâ. *Prov.* Aſinus, aurô onuſtus, propterea rudere non deſinit. *Novarin. T. 1. A. E. pag. 217.* * *Lucilius* etiam in 2. Conjug. uſus eſt: Rudet ex roſtris.

*RŪDOR, m. 3. Eselgeschrey/Gebrüll. *Apul. Apol.* Tuba, rudore torvior. *Id. de Mundo:* Tetri rudoris inquietudo.

RŪDUS, n.3. Schutt. *Plin.* Viæ, complanatæ veteri rudere. *Vitruv. 7, 1.* Rudus novum. *Idem:* Rudus redivivum.

*RŪDUSCŬLUM, n.2. i. æs infectum. *Item,* ſignatum. *Feſt.* Rudusculô libram ferire. Vid. *Pareus in Lex. Cr. p. 1099.*

RŪFEO, fére, &, RŪFESCO, ſcere, rot werden. *Plin.* Merula ex nigra rufeſcit.

RŪFO, are, rot machen. *Plin.* Rufare capillum.

RŪFŬLUS, a, um, rötlicht. *Plaut.* Cicatrix rufula.

RŪFUS, a, um, feuerrot. *Terent.* Virgo rufa. *Plin.* Color rufus. *Id.* Materies rufior.

RŪGA, f.1. Runtzel/Falten. *Cic.* Decipere aliquem rugis & ſupercilió. *Horat.* Capitis nives & rugæ te turpant. *Plin.* Rugæ veſtium.

RŪGĀTUS, a, um, gerüntzelt. *Plin.* Rugata teſta.

*RŪGINŌSUS, a, um, voll Runtzeln. *Cal. Aurel. Acut. 1, 11.* Cutis veluti ruginoſa vel ſulcata pannoſitas.

RŬGIO, ire, brüllen. *Ant. Philom.* Tigrides indomitæ rancant, rugiuntque leones.

*RŪGĪTOR, m.3. ein Brüller. *Bauhuſ. 3. Epigr.* Patribus de rugitoribus ortus.

RŪGĪTUS, m.4. das Brüllen. *Vopiſcus de Probo:* Rugitibus tonitrua excitare.

*RŪGO, are, Falten machen. *Plaut. Caſ.* Vide, ut pallium rugat. *Jovian. Pontan.* Rugat Aquinas triſte ſupercilium.

*RŪGŌSĬTAS, f.3. Menge der Runtzeln. *Tertull. de Patient.* Frons pura, nulla mœroris aut iræ rugoſitate contracta.

RŪGŌSUS, a, um, voll Runtzeln. *Claud.* Facies, paſſâ rugoſior uvâ.

RUĬBUNDUS, a, um, das fallen will. *Daumius:* Ruibundus Orbis.

*RUĬDUS, a, um, rauh/uneben. *Plin. 18, 10.* Major pars Italiæ ruidô utitu rpilô.

RUĪNA, f.1. ein Fall. *Cic.* Fortunarum ruinæ. *Virg.* Cœli ruina, i. tonitru. *Horat.* Facere ruinam. *Sall.* Reſtinguere incendium ruinâ. *Plin.* Ruina Neronis, i. mors. *Lucan.* Perire ruinâ.

RUĪNŌSUS, a, um, baufällig. *Cic.* Ædes malè materiatæ, ruinoſæ.

*RUĬTO, are, dicht fallen. *Monin. D. 2. Bereſ.* Olympus, In guttas ſtillans ruitare videtur.

RULLA, f.1. Reute am Pflug. *Plin.* Stimulus, cuſpidatus rullâ.

*RULLUS, m.2. ein Bettler/Vagant. *Gloſſ. L. G.* Rullus, mendicus, ἀγύρτης.

RŪMA, f.1. Speisgurgel. *Servius.* [Vid. *Reineſ. Var. pag. 660.*] Item, Zitz/Euter. *Varro de Re Ruſt. 2, 11.*

RŪMEN, n. 3. Gurgel. *Feſt.* Item, *Mamma. Plin. l. 15. c. 19.* Rumen infanti præbere. Item, *Locus ventris. Pomponius:* Ego rumorem

rem parvifacio, dum fit, rumen qui impleam.

*RUMENTUM, n. 2. i. abruptio, das Abreissen. *Fest.*

RUMEX, m. 3. Ampfer/Grindwurtz. *Plin. 19, 12. Bruyerinus de Re Cib. 8, 14. Item*, Genus teli. *Lucil.* Tum spura, tum rumices portantur.

RUMIA, f. 1. *Dea* lactantium. *August. lib. 4. de C. D. & Varro de Re Rust. 4, 11.* Vid. *Voss. Etymol. p. 438.*

*RUMIFERO, are, aussagen/ausschreyen. *Non. Plaut.* Quam cives rumiferant probam. [*Pareus* legit, *Rumificant.*]

*RUMIGERATIO, f. 3. das gemeine Geschrey. *Lampr. Heliog.* Rumigeratione pasci.

*RUMIGERULUS, m. 2. Mährleintrager. *Gloss. L. G.* Rumigerulus, θρυλλητής. *Amm. 14.* Versuti rumigeruli.

*RUMIGO, are, käuen/wiederkäuen. *Apul.* Jam fermè tertium qualum rumigabam. Vid. *Voss. de Vit. L. L. 4, 22.*

RUMINA, f. 1. ficus, ein Feigenbaum. *Ov. 2. Fast.* Item, *Dea. Cato* apud *Nonium.*

*RUMINALIS, le, Adj. das wiederkäuet. *Plin. 8, 51.* Ruminales hostiæ.

RUMINATIO, f. 3. Wiederkäuung. *Plin.* Quibus nec dentes, nec ruminatio. *Item*, Wiedergedächtniß. *Cic. ad Att.* Quotidiana ruminatio. *Plin.* Quædam frigoris ruminatio, i. reiteratio.

RUMINO, are, wiederkäuen. *Col.* Bos non ruminat. *Ovid.* Ruminare herbas. Vid. *Elmenh. in Arnob. p. 173.*

RUMINOR, ari, Dep. wiedergedencken. *Varro:* Ruminari alicujus humanitatem. *Id.* Ruminari antiquitates. Vid. *Laurenb.*

*RUMIS, f. 3. Zitzen. *Varro de Re Rust. 2, 11.*

*RUMITO, are, i. rumigerare. *Nav. apud Non.* Rumitant inter se.

*RUMO, are, säugen. *Item*, käuen.

RUMOR, m. 3. ein gemein Gerücht. *Cic.* Afflavit rumor. *Horat.* Rumore malô flagrare. *Tacit.* Clarô rumore esse apud vulgum. *Terent.* Rumor est, eum amare. Item, *Flumen.* Vid. *Pareus in L. C. p. 1100.*

*RUMORCULUS, m. 2. parvus rumor, ein Gerüchtlein. *Cathol.*

RUMPI, pl. m. 2. i. traduces, brachia vitium. *Varro de Re Rust. l. 1. c. 8.*

RUMPO, rupi, ruptum, rumpere, reissen/brechen. *Cic.* Vincula rumpere. *Prop.* Frena pudoris rumpere. *Ov.* Guttura cultrô rumpere. *Virg.* Rumpere moras, eilen. *Id.* Silentia rumpere. *Cic.* Malis rumpi. Interdum idem est, quod *Defatigare. Plaut.* Me rupi currendô tuâ causâ. *Terent.* Se ambulandô rumpere.

RUMPOTINETUM, n. 2. i. locus, arboribus rumpotinis consitus. *Col. 5, 7.*

RUMPOTINUM, n. 2. genus arbusti Gallici. *Colum. l. 5. c. 7.*

RUMUSCULUS, m. 2. ein gemein Geschreylein. *Cicer.* Rumusculos aucupari.

*RUNA, f. 1. genus teli. *Varro:* Abietem runis solô percellere.

*RUNATUS, a, um, i. runâ armatus. *Ennius:* Runata recedit. *Voss. 2. Inst. Poët. p. 136.*

RUNCATIO, f. 3. das Jeten. *Plinius lib. 18. cap. 21.*

RUNCATOR, m. 3. ein Jeter. *Col.* Operam runcatoris postulare.

RUNCINA, f. 1. ein Grobhobel. *Plin.* Incitati runcinarum raptus.

RUNCINA, f. 1. *Dea*, frumenti præses. *Augustin. de C. D. 4, 8. & Varro.*

RUNCINO, are, hobeln. *Arnob. 5.* Runcinare ramum. *Minut. Felix:* Deus ligneus cæditur, dolatur, runcinatur.

RUNCO, are, jeten. *Cato:* Runcare spinas. Vid. *P. Victorius in Var. 36, 8.* Item, *Depilare. Pers. 4.* Runcare penem.

*RUNCOR, m. 3. *Eckehad.* Runcor narium. Vid. *Meibom. in Henr. Roslam, pag. 59.*

RUO, rui, ruitum, ruere, fallen. *Virg.* Dies ruit, i. oritur. *Id.* Ruit ver, i. vergit in finem. *Id.* Ruunt de montibus amnes, i. fluunt. *Cic.* Illum ruere nunciant, i. festinare. *Liv.* Ruere portis. *Senec. Trag.* In facinus ruere. *Cic.* Ad interitum ruere. *Lucan.* Per omne fas nefasque ruere. *Cic.* Ruere in dicendo, i. confusè loqui. *Pareus in Lex. Cr. p. 1100.* Activè, *Virg.* Ruere cumulos arenæ, zerstreuen. *Id.* Ruere herbas, i. eruere.

*RUPECULA, f. 1. parva rupes, ein Felslein. *Cathol.*

RUPES,

Rūpes, f. 3. ein Fels. *Cæs.* Altissimas rupes, despectusque habere.

*****Rūpesco**, scere, zum Fels werden. *Scrib. in Medic.* Saxescit & quasi rupescit anima, vitiorum habitu roborata.

*****Rūpeus**, a, um, felsicht. *Id. loc. cit.* Mens rupea & chalybea.

*****Rūpex**, m. 3. ein Bauer. Vid. *Salmas. de Pallio p. 282.* & *Pareus in L.C. p. 1101.*

Rūpĭcapra, f. 1. eine Gems. *Plin. 11, 37.* Rupicapris adunca cornua.

*****Rūpĭco**, m. 3. ein grober Bengel. *Apul. Flor.* Rupicones, bajuli, tabernarii.

Rūpifrăgus, a, um, das Felsen zerbricht. *Menin. D. 4. Ber.* Rupifragum os venti.

Rūpinæ, pl. f. 1. i. prærupta montium. *Apul. 7.* In proximas rupinas præcipites dare.

Ruptio, f. 3. ein Bruch/Riß. *Ulp.*

*****Rupto**, are, reissen. *Jovian. Pont.* Ulpicaque, & veteres ruptare ad prandia cepas. *Idem:* Laudat olus, acres ruptat de gutture bulbos.

Ruptor, m. 3. ein Zerreisser. *Liv.* Ruptor fœderis humani, violatorque gentium Juris.

Ruptus, a, um, zerrissen. *Virg.* Vincula rupta. *Livius:* Rupta fides. *Ovid.* Verba, singultu rupta.

Rūrālis, le, Adj. zum Feld gehörig. *Cæs.* Falces rurales. *Macrob.* Rurale opus. *Amm. 30, 7.* Negotiis ruralibus se dare.

Rūrātio, f. 3. Feldwesen/Feldleben. *Apul. Flor.* Ruratio omnis in sarculo & surculo.

*****Rūrestris**, stre, Adj. bäurisch. *Apul.* Rurestri vocabulô aliquid appellare. Rurestre opus, *l. 99. ff. de Legat. 3.*

Rūri, Adv. auf dem Feld. *Sosipater. Ter.* Ruri se continere.

Rūrĭcŏla, c. 1. das im Feld arbeitet. *Ov.* Boves ruricolæ. *Id.* Aratrum ruricola, das da pflüget.

*****Rūrĭcŏlāris**, re, Adj. das Feld bauend. *Fortunat. 1.* Cultores ruricolares.

Rūrĭgĕna, c. 1. i. in villa natus. *Cathol.*

Rūrĭlŭlo, are, de *Acredula.* *Autor Philom.* apud *Schott. O. H. 2, 52.*

Rūrĭvăgus, a, um, auf dem Feld herumgehend. *Masenius in Carm.* Rurivagæ pecudes.

*****Rūro**, are, den Acker bauen. *Plaut. Capt.* Dum ruri rurant homines.

*****Rūror**, ari, Dep. idem. *Varro:* In agro studiosiùs rurari.

Rursum, & **Rursus**, Adv. wiederum/ noch einmal. *Terent.* Inimicitiæ, induciæ, bellum, pax rursùm. *Plaut.* Revertor rursùs denuò Carthaginem. *Item*, zuruck. *Terent.* Cursare rursùm prorsùm. Vid. *Pareus in L.C. p. 1101.* *Item*, entgegen. *Terent.* Heus tu negato rursùm.

Rus, n. 3. Feld. *Virg.* Rura aspera dumis. *Ov.* Inambitiosa rura. *Cic.* Habitare ruri. *Translatè, Catull.* Annales, pleni ruris & infacetiarum.

*****Ruscŭlentia**, f. 1. bäurische Weis. *Pareus in L.C. p. 1102.*

Ruscŭlum, n. 2. ein Feldlein/Feldgütlein. *Agell. 19, 9.* Cœnam dare in rusculo.

Ruscum, n. 2. & Ruscus, m. 2 ein stechend Kraut/ Mäusdorn. *Virgil.* Aspera vimina rusci. *Id.* Horridior ruscô. Vid. *Salm. de Pallio p. 166.* & *Tabernam. p. 1248.*

Rūsīna, f. 1. *Dea* ruris. *Augustin.*

*****Ruspor**, ari, Dep. suchen/forschen. *Accius:* Ruspari silvas. *Id.* Ruspari animô.

*****Russātus**, a, um, rot gefärbt/wie Purpur. *Tert. de Coron. Mil.* Russatus sanguine suô. *Isid.* Russata tunica. Vid. *Colerus in Val. Max. p. 519.*

*****Russeŏlus**, a, um, etwas rötlich. *Prud.* Russeola sanies.

*****Russeus**, a, um, idem. *Cato:* Coronæ aureæ russeâ facie, i. colore russeo. *Tertull. de Pudic.* Russeus equus.

*****Russŭlus**, a, um, idem. *Capitol. in Albino:* Russulæ fasciolæ.

*****Russus**, a, um, rötlich. *Lucret. 4.* Russa vela. Russa tunica, *Salm. H. A. p. 334.*

Rustārius, a, um, i. ad rubos exscindendos faciens. *Cato:* Rustariæ falces, quibus rusta exciduntur. Vide, *Rustum.*

Rustĭcānus, a, um, bäurisch. *Cic.* Homines rusticani. *Id.* Rusticana parsimonia.

Rustĭcārius, a, um, idem. *Varro:* Rusticariæ falces.

*****Rustĭcātim**, Adv. bäurisch. *Pompon.* Rusticatim tangam, urbanatim nescio.

Rustĭcātio, f. 3. Wohnung auf dem Land. *Cic.* Rusticationes communes.

Rustĭcātus, m. 4. idem, quod rusticatio. *Cic. ad Att.* In rusticatu garrire & scribere.

Rustĭce, Adv. bäurisch. *Cic.* Non rusticè, non hiulcè loqui.

Rustĭcellus, m. 2. ein Bäuerlein. *Barth. in Celest.* Simplex rusticellus.

Rustĭcĭtas, f. 3. Grobheit / bäurische Weis. *Mart.* Trux durâ rusticitate. *Plin.* Vir rusticitati, quàm delitiis propior.

Rustĭcor, ari, Dep. aufm Feld wohnen. *Cic.* Literæ pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.

Rustĭcŭla, f. 1. ein Schnepf. *Martial. l. 13.*

Rustĭcŭlus, m. 2. ein Bäuerlein. *Cic.* Rusticulus non incautus.

Rustĭcŭlus, a, um, grob. *Martial.* Rusticulus libellus.

*Rustĭcum, n. 2. ῥωστικὸν, i. roborans, confortans. *Plin. Valerian.* Vid. *Reines. Var. Lect. 2, 8.*

Rustĭcus, a, um, bäurisch. *Cicer.* Homines rustici & agrestes. *Idem:* Mores rustici. *Item,* Subst. ein Bauer. *Plaut.* Urbani fiunt rustici. *Virg.* Rusticus es Corydon.

*Rusto, are, i. rubos & sentes vellere. *Tertull. de Pallio p. 41.* Runcare atque rustare instituit. Vid. *Salm. de Pallio p. 166.*

*Rustum, n. 2. genus rubi. Vid. *Gif. in Lex. Lucret.* in *Unda.*

Rŭta, pl. n. 2. das nicht nagelvest ist. *Ulp.* Ruta cæsa. *Cic.* Ne in rutis quidem & cæsis, i. nulla in parte.

Rŭta, f. 1. Raute. *Ovid.* Acuentes lumina rutæ. *Petron. in Fragm. Trag. pag. 41.* Familia babæ! non puto decimam partem esse, quæ Dominum suum novit. Ad summam, quemvis ex istis babæcalis in rutæ folium conjiciet. *Sarisb. Epist. 196.* Utinam submergatur in thermis, quibus dignus est, quas meruit, ut conjiciatur in rutæ folium, cujus Pectonus (lege, *Petronius*) in pœnam delinquentium meminit, aut sepeliatur in salinario Heduorum. Vid. *Scheff. in Not. p. 74.* & *Reines. pag. 58.* Ruta capraria, Geisrauten. *Tabernamont. pag. 409.* Ruta lunaria. Monrauten. *Idem p. 413.*

Rŭtabri, pl. m. 2. i. rastri. *Varro l. 4. de L. L.*

Rŭtābŭlum, n. 2. ein Ofenkruck. *Col. 12, 18.* Vid. *Laurenb.*

Rŭtăceus, a, um, von Rauten gemacht. *Plin. Valer. 2, 28.* Rutaceum oleum.

Rŭtātus, a, um, von Rauten. *Plin.* Mustum rutatum. *Martial. l. 10.* Rutati lacerti.

Rŭtellum, n. 2. eine Kornschüplein. *Lucil.* Modium & rutellum secum afferre.

Rŭtĭlātus, a, um, goldfarb. *Liv.* Promissæ & rutilatæ coronæ. *Tertull. de Anima:* Rutilatô rubore coruscare. *Liv.* Comæ rutilatæ.

Rŭtĭlesco, scere, glänzen / feuerrot werden. *Plin. 8, 55.* Omnibus annis rutilescere.

*Rŭtĭlĭmĭcus, a, um, wie Gold schimmerend. *Daum.* Polus rutilimicus. Item, *Rutilimicans,* o. 3. idem.

Rŭtĭlo, are, zwitzern / glänzen wie Gold. *Virg.* Arma rutilant. *Plin. 18, 12.* Rutilare capillos, rot machen. *Arnob. 1.* Rutilare se flammis.

Rŭtĭlus, a, um, goldgelb. *Ovid.* Capilli rutili. *Cic.* Mars rutilus & horribilis terris. *Casarius:* O pœnitentia, rutilior aurô. *Barth. Adv. 43, 19.*

*Rŭtlus, m. 2. i. lignum vel repagulum versatile. Vid. *Salm. Solin. pag. 236.*

Rutrum, n. 2. eine Hacke. *Cato:* Habere rutra. *Varro:* Rutrô caput displanare.

*Rŭtŭba, f. 1. Verwirrung. *Varro apud Non.* Nunc sumus in rutuba. *Barth. Solil.* Exemtus mundana hac rutubâ.

*Rŭtŭlus, m. 2. i. regula lignea, quâ cumulum mensuræ frumentarii ruebant vel exæquabant. *Item,* Lignum caveæ versatile. Vid. *Salm. Solin. p. 236.* & *in A. H. p. 437.*

*Rŭtus, a, um, nidergeworffen. *Casp. Hofm. Carm. 135.* Video villas urbesque frequentes, Aut desolatas, aut creperô igne rutas.

*Rŭvĭdus, a, um, schwartzrot. *Item,* grob/rauh. *Plaut.* Ruvidus panis. Vide, *Rubidus,* &, *Ruidus.*

Rythmus, m. 2. ῥυθμὸς, ein Reim / Vers. [*Scaliger in Euseb. pag. 6.*] Vide, *Rhythmus.*

S. Săba-

S.

*SABAIARIUS, m.2. ein Biersauffer. *Ammian.* 26,22. Injuriosè appellabatur ut sabajarius. *Hieron. in Esai.* notat, *Sabajum* esse genus potionis ex frugibus.

*SABANUM, n.2. i. linteum, Leinwad. *Marcell. Emp. c.26.* In sabanis constitutus. Vid. *Meurs. in Auctar. Philol. p. 172.* & *Voss. de Vit. L. L. 2,17.*

SABARIUM, n.2. i. atrium templi. Vid. *Reines. Var. Lect. 1,8.*

SABBATARIUS, m.2. der den Sabbat feyert. *Martial. 4.* Sabbatarii; de *Judæis.* Item, *Adjectivè. Sid. 1,2.* Sabbatarius luxus.

SABBATUM, n.2. Σάββατον, Sabbat. [*Quidam* scribunt *Sabbathum*, malè.] *Suet. Tib.* Sabbatis disputare. *Juvenal. 6.* Festa Sabbata observare. *Augustin.* Homo malus Sabbatum habere non potest, *Prov.* apud *Novar. T. 1. A. E. p. 462.*

SABINA, f.1. Sevenbaum. *Col. 6,4.*

*SABLO, m.3. locus, sabulo repletus. *Adhelm. de Virg.* Et simul in crypta recubant sablone sepulti. Vid. *Barth. Adv. 56,5.*

*SABLUM, n.2. i. *sabulum*, Kies. *Fortun. lib. 8. Carm.* Quicquid saxa, sablum, calcisque argilla tuentur.

*SABUCUS, f.2. i. sambucus, Holderbaum. *Seren.* Teneræ radix decocta sabuci.

SABULETUM, n.2. Sandgrub. *Plinius 27,8.* Nasci in sabuletis.

SABULO, m.3. Sand. *Colum.* Sabulo humidus. *Marcell. Emp. c.26.* Sabulones vel calculos ejicere. *Adhelmus de Virg. c.23.* Arenosæ sabulonum glareæ. Vid. *Bald. in Lex. Vitruv. pag. 103.*

SABULOSUS, a, um, sandig. *Plin.* Sabulosa terra. *Col.* Stabula sabulosa.

SABULUM, n.2. Kies. *Plin.* Sabulum album.

SABURRA, f.1. grober Sand. *Liv.* Onerarias ducere, multâ saburrâ gravatas.

*SABURRALIS, le, Adj. i. saburrâ constans. *Vitr. 9,9.* Sabu rrale sacoma.

SABURRATUS, a, um, mit Sand beschweret. *Translatè, Plaut. Cistell.* Ubi saburratæ sumus, Largiloquæ extemplò sumus.

*SABURRETUM, n.2. Sandort. *Scalig.* Vasconicis adultus in saburretis.

SABURRO, are, mit Sand beschweren. *Plin.* Arenâ saburrare se. *Id.* Lapillis saburrari.

*SACCARIA, f.1. Handel mit Säcken. *Apul. 1. Met.* Saccariam facere.

*SACCARIUS, m.2. ein Sackträger. *Plaut. Jct.* Ex sacco saccarii cadere. *Item*, ein Sackmacher. *Gloss. Græc. Lat.* σακκοπλόκος, saccarius. *Item*, Adjectivè, *Saccarius, a, um. Quint.* Saccaria navis, i. saccos ferens.

SACCATUS, a, um, durchgesigen. *Plin.* Lineis saccis saccatus. *Arnob. 2.* Saccati humoris obscœnissima feria. Vid. *Pincier in Parerg. 1,18.*

*SACCELLATIO, f.3. i. sacellorum impositio. *Veget. 2,11.* Saccellationibus caput vaporare, mit Säcklein dämpfen.

*SACCELLO, are, i. sacellos imponere. Vid. *Reines. in Variis l.3. c.4.*

SACCELLUS, m.2. Säcklein. *Petron.* Sonantes ære sacellos mittere.

SACCHARATUS, a, um, gezuckert. *Bud.* Epistola mellita, saccharata.

SACCHAREUS, a, um, von Zucker. *Hermol. Barb.* Sacchareæ placentæ.

SACCHARINUS, a, um, idem. Saccharina canna. *Tabernam. p. 577.*

SACCHARUM, n.2. σάκχαρον, Zucker. *Plin. 12,8.* & *Is. Voss. in P. Melam p. 270.* *Prov.* Verba sacchárô vestire. *Novar. T. 2. A. E. p. 638.*

*SACCIBUCCIS, bucce, Adj. paußback / wie ein Sackpfeiffer. *Arnob.* Vid. *Salmas. de Pallio pag. 335.*

*SACCINEUS, a, um, i. è sacco factus. *Salm. de Pallio p. 72.* Saccinea tunica.

SACCIPERIUM, n.2. σακκοπήρα, eine Tasche. *Plaut. Rud.* Plenum argenti fuit in sacciperio.

SACCO, are, i. exprimere, colare, durchseihen. Vid. *Pincier in Parerg. 1,18.* & *Pareus in L. C. p. 1103.*

*SACCULARIUS, m.2. Beutelschneider. *Ulpian.* Vid. *Pareus in L. C. p. 1104.*

SACCULARIUS, a, um, in Säcken. Saccularia opera. Vid. *Erasm. in Prov.*

SACCU-

SACCULUS, m. 2. ein Säcklein. *Cicer.* Jus & sacculos auferre. *Catull.* Plenus sacculus est aranearum.

SACCUS, m. 2. σάκκος, ein Sack. *Horat.* Congestis undique saccis indormire. *Colum.* Sparteis saccis percolare. *Cic.* Civitatibus saccos imperare. Saccis vina castrare, den Wein abziehen. *Prov.* Cum sacco adire, Geld fordern.

SACELLUM, n. 2. eine Capell. *Cic.* Exire in sacellum ominis causâ.

SACER, cra, crum, heilig. *Cic.* Ædes sacra. *Plin.* Fera, sacra Liberi Patris. *Id.* Diti sacra Cupressus. *Item*, verdammt/verflucht. *Virgil.* Auri sacra fames. *Horat.* Sacer & intestabilis. [*Voss. p. 2. Rhet. pag. 337.*] Sacer morbus, *Plin. 25, 11. Virg.* Sacer ignis, die Rose.

SACERDOS, c. 3. ein Priester. *Ovid.* Purus Musarum, Phœbique sacerdos. *Cic.* Sacerdos stuprorum. *Virgil.* Magna sacerdos. Habitus sacerdos, suggestus sacerdos. Vid. *Salm. de Pallio p. 64. 362.*

*SACERDOTALIS, le, Adj. priesterlich. *Juret. Symm. p. 123.* Sacerdotales editiones. *Sacerdotales*, genus officii. Vid. *Valles. in Ammian. p. 375.* & *Reines. in Ep. p. 156.*

*SACERDOTISSA, f. 1. eine Pfarrerin. *Agell. 10, 15.* Flamminica sacerdotissa.

SACERDOTIUM, n. 2. Priesterthum. *Cicer.* Inire sacerdotium. *Idem*: In sacerdotium venire.

*SACERDOTULUS, m. 2. ein Priesterlein. *Cathol.*

SACOMA, n. 3. σάκωμα, voll Gewicht/gleich. *Vitr. 9, 3.* Aurum ad sacoma appendere. Vid. *Pareus in L. C. p. 1104.*

*SACRAMEN, n. 3. heilig Ding. *Daum.* Sacramen æqui colere.

*SACRAMENTARIUS, m. 2. Fälscher der Sacramenten. *Gocl. Obs. L. L. p. 21.*

SACRAMENTUM, n. 2. Eidschwur. *Cic.* Justô sacramentô contendere. *Horat.* Perfidum sacramentum dicere, einen falschen Eid thun. Item, *Milites. Juvenal. Sat. 6.* Præmia sacramentorum. *Item*, ein Pfand/das die Parteyen legen/wenn sie rechten wollen. *Cicer. pro Cacinna*: Sacramentum justum judicari. Confer *Varron. l. 2. de L. L.* Item, *Arcanum. Salmas. de Transsubst. p. 262.*

*SACRANEUS, a, um, i. sacratus. Vid. *Salmas. de Transsubst. p. 42.*

SACRARIUM, n. 2. eine Sacristey. *Cic.* Sacrarium Bonæ Deæ. *Idem*: Sacrarium scelerum. *Stat.* Mentis sacraria testor.

SACRATIO, f. 3. Weihung. *Macrob. Sat. 3, 7.*

SACRATUS, a, um, geweihet. *Liv.* Sacratæ leges. *Plin.* Nihil habere sacratius viscô. *Id.* Sacratissimum Numen. Vid. *Salm. de Transsubst. p. 42.*

*SACRES, pl. m. 3. i. puri ad sacrificium, & decimô circiter die ab ubere depulsi. *Plaut.* Sacres porci. Vid. *Varro de Re Rust. 2, 1.*

SACRICOLA, m. 1. Opferpfaff. *Tacit.* Immistus sacricolarum turbæ. *Macrob.* Ad sacricolarum sagarumque carmina fugere. *Apul. Flor.* Sum non ignotus illius sacricola.

SACRIFER, a, um, i. sacra ferens. *Ovid.* Rates sacriferæ.

*SACRIFICALIS, le, Adject. zum Opfer gehörig. *Tacit.* Sacrificalis apparatus. *Vopiscus in Probo*: Sacrificalis patera. *Macrob. Sat. 3, 2.* Sacrificalia verba. *Apul. 9. Met.* Sacrificales epulas cœnitare.

SACRIFICATIO, f. 3. Opferung. *Cic.* Sacrificatio externa.

*SACRIFICATUS, m. 4. das Opfern. *Apul. 7. Met.* Nullum pecus sacrificatui habere.

SACRIFICIUM, n. 2. ein Opfer. *Liv.* Sacrificium lustrale parare. *Cic.* Anniversaria sacrificia.

SACRIFICO, are, opfern. *Ov.* Sacrificare suem. *Plaut. Epid.* Orco sacrificare. Veteres etiam *Sacrificor*, Dep. usurpabant. Vid. *Laurenb.*

*SACRIFICULUS, m. 2. ein Pfaff. *Liv.* Sacrificulus vates. *Suet. Dom.* Sacrificuli vanæ superstitionis.

SACRIFICUS, a, um, zum Opfer gehörig. *Plin.* Sacrificæ tibiæ. *Val. Arg.* Aræ sacrificæ. *Senec. Tr.* Preces sacrificæ.

SACRIFICUS, m. 2. ein Pfaff. *Ovid. 6. Fast.* Ancus sacrificus.

SACRILEGIUM, n. 2. Kirchenraub. *Cic.* In sodalitium sacrilegii alicujus abire.

SACRILEGUS, a, um, kirchendiebisch. *Cic.* Sacrilegus & hostis sacrorum. *Tib.* Ignes sacrilegos admovere templis. *Gocl. in Problem. Gr. 2, 12.* observat, *aliquem* dixisse, *sacrilegissimum.*

SACRO, are, weihen/heiligen. *Plin.* Templum Deo sacrare. *Virg.* Vota Diis sacrare. *Liv.* Fœdus sacrare, i. sancire. *Id.* Sacrare prædam, i. devovere.

SACRŌSANCTUS, a, um, das man nicht verletzen darff/bey Leibesstraff/hochheilig. *Cicer.* Sacrosanctæ possessiones. *Liv.* Sacrosancta potestas. *Val. Max.* Cineres honore aræ decoratos, sacrosanctiores colere. Vid. *Manutius in Quæsit. per Epist. 2, 10.*

SACRUM, n. 2. gemeiner Gottesdienst/Opfer. *Cic.* Anniversaria sacra. *Ov.* Jugalia sacra. *Tac.* Mensæ sacra. *Liv.* Piaculare sacrum facere. *Plin. Paneg.* In sacra transire. *Plaut. Capt.* Nunc ego inter sacrum saxumq; sto: nec, quid faciam, scio. Confer *Apul. l. 11. Proverb.* Sacra hæc non aliter constant. *Item*, Sine sacris hæreditas, i. commoditas citra sumtum objecta, ex improviso. Vid. *Erasm.*

SÆCŬLUM, n. 2. hundertjährige Zeit. Vide, *Seculum.*

SÆPE, Adv. offt. *Cic.* Sæpè & multùm mecum cogitavi. *Id.* Iterùm & sæpiùs te rogo. *Idem:* Nimiùm sæpè. Vid. *Richter. in A. J. p. 727.*

SÆPĔNŬMĔRO, Adv. idem. *Cic.* Sæpenumerò mirari soleo.

*SÆPISSĬMUS, a, um, vielfältigst. *Cato Nepos:* Sæpissima discordia. *Hieron.* Sæpissimò rogatu.

*SÆVĬDĬCUS, a, um, ungestümm. *Ter.* Dictis sævidicis aliquem protelare.

SÆVIO, vii, itum, ire, wüten. *Liv.* Sævire in tergum. *Juv.* Sævire flagellis.

*SÆVĬTAS, f. 3. Grausamkeit. *Firm. 5, 5.* Deterrere aliquem sævitate suâ.

*SÆVĬTER, Adv. grausamlich. *Plaut. Pseud.* Sæviter alloqui.

SÆVĬTIA, f. 1. Grausamkeit/Tyranney. *Tacit.* Intestabilis sævitia. *Id.* Trahere aliquid ad sævitiam.

SÆVUS, a, um, grausam/unbarmhertzig. *Virg.* Sævus in armis. *Cic.* Gens sæva. *Ov.* Juvencis sævior indomitis. *Liv.* Sævissimus & violentissimus in suos. *Item*, Magnus. *Enn.* Sæva stola. Vid. *Parei L. C. p. 1106.*

SĀGA, f. 1. eine Zauberin/Hex/Unhold. *Cic. 1. de Div. de muliere prudente. Prop.* Thessala saga. [Vid. *Martin. in Etym.*] *Item*, * Genus vestis. *Cato cap. 59.* Tunicam aut sagam dare. Vide, *Sagum.*

SĀGĀCĬTAS, f. 3. Geschwindigkeit/Verschlagenheit. *Cic.* Narium sagacitas. *Senec. Ep.* Sagacitas sensuum corporis.

SĀGĀCĬTER, Adv. weislich/spürischer Weis. *Cic.* Sagaciter pervestigare, quid sit, &c. *Hor.* Sagaciùs odorari. *Cic.* Sagacissimè odorari.

*SĀGĀCŬLUS, a, um, i. aliquantùm sagax. *Cathol.*

SĀGĀNA, f. 1. Mörsel.

SĀGĀPĒNUM, n. 2. σαγάπηνον, Serapinkraut. *Plin. 20, 18. & Tabern. p. 212.*

*SĀGĀRIA, f. 1. gemachter Kleider-Handlung. *Ulpian.* Sagariam exercere. *Apul. 1.* Sagariam facere.

*SĀGĀRIUS, m. 2. Kleiderkrämer. Vid. *Elmenh. in Indice Apuleji.*

SĀGĀTUS, a, um, der einen Reismantel anhat. *Cicer.* Cras sagati prodeamus. *Id.* Galli sagati braccatique.

SĀGAX, o. 3. listig/witzig/spürsam. *Cic.* Sagax ad suspicandum. *Plin.* Sagax in gustu. *Col.* Sagacissimus rerum naturæ, i. peritissimus. *Lucan.* Naris sagax. *Ov.* Canibus sagacior anser.

SAGDA, f. 1. gemma, porracei coloris. *Plin. 37, 10. & Marbodeus c. 35.*

SĀGĒNA, f. 1. σαγήνη, ein Netz/Fischgarn. *Manil.* Vastâ sagenâ circumvallatus.

*SĀGESTRE, n. 3. operimentum crassum. *Lucil.*

SĀGĪNA, f. 1. Mastung. *Juvenal.* Stomachum laxare saginis. *Quintil.* Sagina dicendi, i. ubertas. *Item*, Fettigkeit. *Justin. 20.* Saginam corporis contrahere. Item, *Animalia. Hinc*, Saginam cædere. Vid. *Sciopp. lib. 5. Susp. Lect. Ep. 9. & Pareus in L. C. p. 1106.*

*SĀGĪNĀRIUM, n. 2. Mäststall. *Varro:* Includere in saginario.

SĀGĪNĀRIUS, a, um, das man mästet. *Serv.* Mulus saginarius.

SĀGĪNĀTIO, f. 3. Mastung. *Plin. 8, 51.* Saginationem ordiri. Vid. *Salmasius de Pallio pag. 261.*

*SĀGĪNĀTOR, m. 3. ein Mäster. *Gloss. Gr. Lat.* Βοῶν σιτευτής, saginator.

SĀGĪNĀTUS, a, um, gemästet. *Propert.* Porcus saginatus.

SAGINO, are, mästen/schoppen. *Col.* Equum hordeô saginare. *Plin.* Saginare exquisitis epulis. *Cic.* Saginari sanguine civium.

SAGIO, ire, bald mercken/riechen. *Cic. de Div.* Sagire, est acutè sentire.

SAGITTA, f. 1. ein Pfeil. *Ovid.* Hamata sagitta. *Virg.* Nervo aptare sagittas. *Item,* Pars surculi novissima, Rebschoß. *Col. 3, 17.* *Item,* Signum cœleste, *Plin. 18, 16.* *Item,* Herba, Pfeilkraut. *Plinius 21, 17.* & *Tabern. p. 1121.*

SAGITTARIUS, m. 2. ein Schütz. *Cic. ad Attic.* Multis sagittariis negotium conficere. *Item,* Signum cœleste. *Plin. 17, 24.*

SAGITTARIUS, a, um, zun Pfeilen dienlich. *Plin. 16, 36.* Sagittarius calamus.

*SAGITTELLA, f. 1. parva sagitta, ein Pfeilein. *Cathol.*

SAGITTIFER, a, um, der Pfeil trägt. *Virg.* Sagittiferi Geloni. *Claud.* Pecus sagittiferaq; de *Hystrice.*

SAGITTIPOTENS, o. 3. i. sagittis potens. *Cicer. in Arat.*

*SAGITTO, are, mit Pfeilen schiessen. *Solin. c. 19.* Sagittantibus se obvium præbere. [Confer *Voss. de Vit. L. L. 1, 23. & 4, 23.*] *Cal. Aurel. Tard. 2, 12.* Quidam in bello sagittatus.

SAGMA, n. 3. σάγμα, onus jumenti sarcinarii. *Item,* Stratura. Vid. *Pareus in L. C. p. 1107.*

*SAGMARIUS, m. 2. i. equus, sarcinas gestans. Vid. *Voss. de Vit. L. L. 3, 44.* & *Pareus in L. C. pag. 1107.*

SAGMEN, n. 3. Eisenkraut. *Nev.* Jus sacratum Jovis jurandum sagmine. Vid. *Laurenb.*

SAGOCHLAMYS, f. 3. σαγοχλαμυς, i. vestis, ex sago & chlamyde composita. Vid. *Salm. H. A. p. 334.*

SAGULATUS, a, um, der einen Filtzmantel anhat. *Suet. Vitell.* Sagulati comites.

SAGULUM, n. 2. Filtzmäntelein. *Cicer.* Acceptis togulis, sagula rejicere. *Liv.* Sagulum gregale. *Id.* Sagulô militari coopertus.

SAGUM, n. 2. ein Kriegskleid / Hoketen. *Cic.* Civitas est in sagis. *Id.* Sagum sumere. Erat autem *Sagum,* vestis militaris. Vid. *Ferrarius p. 2. Rei Vest. p. 101. 104.* Item, * *masc. gen. Ennius:* Tergum sagus pinguis operiat.

*SAGUS, a, um, i. præsagus, merckſam/ spüriſch. Saga mens. *Prud.* Sagô clangore loquax & stridula cornix.

*SAIO, m. 3. i. veredarius. *Item,* Exactor. Vid. *Salm. H. A. pag. 28.*

SAL, m. & n. 3. Saltz. *Cic.* Anima sui pro sale data. *Colum.* Sal fusile. *Prov.* Sal cum aceto. *Sarisb.* Quicquid loquitur, sal merum est. *Prov.* Sale defricare. *Item,* Esitare salem cum pane & caseo; de *tenui victu*, *Plin. 31, 7.* [Vid. *Micral. L. Ph. p. 1232.*] *Translatè,* pro *Sapientia* sumitur. *Ter.* Habere salem. *Item,* pro *Joco, facetiis. Catull.* Nulla in tam magno est corpore mica salis. *Martial.* Sales, lepore Atticô tincti. *Cic.* Sal dicendi & facetiæ. Aliquando idem est, quod *Mare. Virgil.* Spumas salis ære ruebant. *Catull.* Rapidum sal. *Item,* Vitium in gemmis. *Plin. 37, 2.*

*SALACACCABIA, pl. n. 2. i. salsicia, quæ in ollis coquuntur. *Apic. 4, 1.*

SALACIA, f. 1. *Dea,* sic dicta. *Cicer. de Univ.* Oceanus & Salacia, cœli satu, terræque conceptu generati. *Pacuv.* Salaciæ sævitiam fugere. Item, *Recessus maris,* qui aliàs *Liduna* dicitur, Ablauff deß Meers. Vid. *Martin. Etym.*

SALACITAS, f. 3. Geilheit. *Plin. 10, 36.* Passeri minimum vitæ, cui salacitas par.

*SALACOMA, n. 3. σαλάκωμα, i. jactantia, mollities. *Cic. ad Attic.* De Madaro, apud quem nullum salacoma.

SALAMANDRA, f. 1. σαλαμάνδρα, ein Molch. *Petron.* Quæ Salamandra supercilia tua exussit?

*SALAPITTA, f. 1. i. alapa. *Gloss. Lat. Græc.* Salapitta, ῥάπισμα. *Arnob. l. 7.* Salapittarum sonitus. Vid. *Scalig. in Catalect. p. 246.*

*SALAPUTIUM, n. 2. Zippfelmännlein/ de homine brevis staturæ. *Catull. Scalig. in Catalect. p. 244.*

SALAR, m. 3. eine Forell. *Sueton.* Salar stellatus, *Auson.*

*SALARIARIUS, m. 2. i. cui salarium solvitur. *Dig. L. 17. T. 1. L. 10. §. 9.* Nisi si salariarius fuit.

SALARIUM, n. 2. Besoldung. *Plin. 31, 7.*

SALARIUS, a, um, zum Saltz gehörig. *Liv.* Salaria annona.

SALARIUS, m. 2. ein Verkauffer gesaltzner Speiß. *Mart. 1.* Pueri salariorum.

SALAX, o 3. geil. *Ov.* Salaces cibi. *Col.* Salacissimi mares.

*SALE, n. 3. i. mare, Meer. *Ennius apud Prisc.* Cæruleum pulsat Sale, confecta rate pulsum.

SALE-

SĂLEBRA, f. 1. unwegſamer Ort. *Martial.* Carmina, quæ per ſalebras altaque ſaxa cadunt. *Cic.* In ſalebras incidere. *Id.* In ſalebra hærere. *Apul.* Verborum ſalebra. *Val. Max.* Triſtitiæ ſalebræ.

SĂLEBRĀTUS, a, um, rauh/ſteinicht. *Sid. 2, 3.* Salebrati ſaxorum obices. Vid. *Laurenb.*

*SĂLEBRĬTAS, f. 3. Unwegſamkeit. *Apul. 6.* Inaccesſâ ſalebritate lubricus.

SĂLEBRŌSUS, a, um, ſteinicht. *Martial.* Salebroſum ediſcere Sanctram.

*SĂLESCO, ſcere, zu Saltz werden. *Scaliger Exerc. 51.*

*SALGĂMĂRIUS, m. 2. i. qui ſalgama vendit. *Col. 12, 44. Gloſſ. G. L.* παντοπώλης, ſeplaſiarius, ſalgamarius. Vid. *Vinetus in Auſon. p. 238.*

SALGĂMUM, n. 2. σάλγαμον, Tütſche. *Columell.* Locum & vaſa ſalgamis præparare. *Cod. Theod. L. 7. T. 9.* Salgami nomine aliquid poſcere, i. lignum, oleum, culcitas.

SĂLIĀRIS, re, Adj. i. ſumptuoſus, Saliorum in morem. *Cic. ad Att.* Epulati ſumus Saliarem in morem. Saliares epulæ. Vid. *Mendoſa in Virid. p. 733.*

*SĂLIĀTUS, m. 4. i. dignitas vel ſacerdotium Saliorum. *Capitolin. in Anton. Philoſopho cap. 4.* In Saliatu omen accepit imperii.

SĂLĬCASTRUM, n. 2. Je länger je lieber. *Plin. 23, 1.*

SĂLĬCĒTUM, n. 2. Ort/da Weidenbäum ſtehen.

*SĂLĬCIPPIUS, m. 2. Gerngroß. *Catull.* Salicippius diſertus, juxta *nonnullos.* Confer *Senec. 4. Controverſ.*

SĂLICTĀRIUS, m. 2. i. qui ſalictum curat, & materiam vineæ inde parat. *Cato de Re Ruſt.*

*SĂLICTĒTUM, n. 2. Weidenwald. *L. 7. §. Notavimus. ff. Quod vi aut clàm. L. 3. ff. arbor. furt. caſ.*

SĂLICTUM, n. 2. Ort/da viel Weiden ſtehen. *Cic.* Amœna ſalicta. *Ovid.* Palus, obſeſſa ſalictis.

*SĂLĬCŬLA, f. 1. Weidenbäumlein. *Adhelmus de Virg. c. 2.*

SĂLIENS, o. 3. ſpringend. *Virgil.* Saliente ſitim reſtinguere rivô. *Item*, Capita fiſtularum, Waſſerröhren. *Cic.* & *Vitr. 8, 3.* Confer *Parei L. C. p. 1108.*

*SĂLĬFŌDĬNA, f. 1. eine Saltzgrube. *Vitruvius L. 8. c. 3.*

SĂLIGNEUS, & SĂLIGNUS, a, um, von Weiden. *Col.* Salignea clava. *Hor.* Fuſtis ſalignus.

SĂLILLUM, n. 2. ein Saltzväslein. *Plaut. Trin.* Nos homunculi, ſalillum animæ. *Catull.* Purior ſalillô.

SĂLĪNA, f. 1. Saltzbrunn/Saltzgrub. *Cicer.* Strues ſalinarum. *Id.* Maximas familias in ſalinis habere.

*SALĪNACĬDUS, a, um, i. acidus ſimul & ſalſus. Vid. *Salm. Solin. p. 115.* & *Reineſ. 3. Var. Lect. cap. 4.* habet, Salinacius.

*SĂLĪNĀRIUM, n. 2. eine Saltzgrub. *Sarisb. Epiſt. 196.* Utinam ſubmergatur in thermis, quibus dignus eſt, aut ſepeliatur in ſalinario Heduorum, i. malè pereat!

SĂLĪNĀRIUS, a, um, i. ad ſalem vel ſalinas ſpectans. *Vitruv. 8, 3.* Salinariæ areæ. Et *Salinarius*, m. 2. Saltzhändler.

*SĂLĪNĀTOR, m. 3. i. qui ſalem conficit. *Arn. 2.* Bigarii, ſalinatores, bolonæ. Vid. *Elmenh. in Arnob. p. 84.*

SĂLĪNUM, n. 2. Saltzvas. *Perſ. Sat. 3.* Purum & ſine labe ſalinum. *Hor.* Cui paternum ſplendet in menſa tenui ſalinum. Vid. *Lipſ. in Saturnal. p. 9.*

SĂLIO, ſalii, & ſalui, ſaltum, ſalire, ſpringen. *Virg.* Per unctos ſalire utres. *Liv.* Salire de muro. *Plaut. Ciſt.* Salit mihi cor. *Horat.* Ad ſtrepitum tibicinæ ſalire. *Varro:* Salire equam, i. inire. *Ov.* Læta ſalitur ovis. (ter ſalire.

SĂLIO, ſalivi, ſalitum, ſalire, ſaltzen. *Col.* Diligen-

*SĂLISSĀTIO, f. 3. i. palpitatio. *Marcell. Empir. cap. 21.* Cordis pulſus ſive ſaliſſatio. *Gloſſ. L. G.* Saliſſatio, παλμός.

*SĂLISSĀTOR, m. 3. qui ex palpitatione alicujus membri aliquid divinat. *Iſidor. 8, 9.* & *Sarisb. 1, 12.*

*SĂLĪSUBSŬLUS, m. 2. *Mars* ita dictus. *Pacuv. apud Non.*

SĂLĪTOR, m. 3. i. qui ſalis tributum colligit. *Cic. ad Att.* Salitores Britanniæ. Quidam exponunt *Murilegulos*, Perlenſucher.

SĂLĪTŪRA, f. 1. Lacke/eingemacht mit Saltz. *Col. l. 12. c. 21.*

SĂLĪVA, f. 1. Speichel. *Plinius:* Jejuna ſaliva. *Idem:* Saliva lacrimationum. *Proverb.* Salivam movere, einen Appetit machen. Vid. *Scalig. Catalect. pag. 229. Item*, Salivam imbibere.

bibere. Vid. *Erasm.* Aliquando pro *Gustu* sumitur. Vid. *Salm. Solin. p.1282.*

SALĪVĀRIUS, a, um, aus Speichel. *Plin. 9, 51.* Salivariō lentore provenire.

TĔNUĬTAS, f. 3. Dünne. *Cic.* Tenuitas aciem fugit. *Plin.* In tenuitatem desinere. *Cic.* Ærarii tenuitas. *Aut. ad Herenn.* Alicujus tenuitatem sustentare, i. paupertatem.

TĔNUĬTER, Adv. schlechtlich. *Cic.* Tenuiter æstimare. *Id.* Tenuiùs tractare.

TĔNUO, are, dünn machen. *Virgil.* Macie aliquem tenuare. *Ovid.* Vomer tenuatur ab usu.

*TĔNUS, m. 4. Sprinckel/damit man Vögel fängt. *Plaut. Bacch.* Intendere tenus. Vid. *Parem in L. C. p. 1231.*

TĔNUS, Præpos. nahe/bis. *Hor.* Est aliquid prodire tenus. Jungitur in *Sing.* cum *Abl. Virg.* Pube tenus, bis auf die Scham. *Id.* Capulô tenus. *Ovid.* Collo tenus. *Tacit.* Limine tenus. *Id.* Ore tenus. *Col.* Solo tenus. *Ovid.* Talo tenus. *Cic.* Verbo tenus. *Suet.* Titulo tenus. *Liv.* Umbilico tenus. *Item,* cum *Acc. Val. Arg.* Et Tanain tenus immensô descendit ab Euro. In *Plur.* cum *Gen.* & *Abl. Virg.* Crurum tenus. *Apul. Flor.* Nubium tenus. *Cels.* Inguinibus tenus. *Lucret.* Labrorum tenus. Vid. *Salm. de Pallio p. 209.*

TĔPĔFĂCIO, feci, factum, facere, ein wenig warm machen. *Cic.* Solis tactus est, ut tepefaciat. *Horat.* In jugulo alicujus tepefacere ferrum.

TĔPĔFACTUS, a, um, in etwas erwärmt. *Cic.* Molliter tepefactus. *Virg.* Terra, tepefacta cruore.

TĔPENS, o. 3. warmlecht. *Virg.* Auræ tepentes Zephyri. *Ov.* Ver tepens.

TĔPEO, tepui, ēre, laulecht seyn. *Cato:* Temperatè tepere. *Mart.* Focus tepet igne malignô.

TĔPESCO, scere, laulecht werden. *Cicer.* Maria, ventis agitata, tepescunt. *Lucan.* Mentes tepescunt. *Ammian. 28, 2.* Negotiô tepescente.

TEPHRIAS, m. 1. τεφρίας, genus marmoris. *Plin. 36, 7.*

*TĔPĬDĀRIUM, n. 2. Badstub. *Paul. JCt.* Item, *Gloss. G. L.* χλιαρο-λύχιον, tepidarium.

*TĔPĬDĬTAS, f. 3. i. tepor, Laue. Improbat *Voss. de Vit. L. L. 3, 52.*

TĔPĬDO, are, laulecht machen. *Plin. 17, 26. Cal. Aurel. Tard. 2, 13.* Aërem tepidare.

TĔPĬDUS, a, um, laulecht. *Plin.* Aqua tepida. *Ov.* Dies tepidus. *Item,* Calidus, warm. *Lucret.* Tepidi camini. *Virgil.* Sol tepidus. *Translatè, Plaut.* Homo tepidus, i. segnis, dem es kein Ernst ist. *Ovid.* Mens tepida.

TĔPOR, m. 3. Wärme. *Cic.* Externus & adventitius tepor. *Catull.* Egelidi tepores.

TĔPŌRĀTUS, a, um, etwas warm gemacht. *Plin. 36, 26.* Fragmenta teporata.

*TĔPŌRO, are, warm machen. *Dracont.* Flammas restinguitque aquâ, glaciemque teporat.

*TĔPŌRUS, a, um, laulecht. *Sidon. 9, 15.* Teporus flatus. *Auson.* Teporum veris æquinoctium.

TĔR, Adv. dreymal. *Cicer.* Ter in anno. *Plin.* Ter Consul. *Hor.* Ter amplus. *Virg.* Terque quaterque beatus. *Barth. Solil. 18.* Ter acutus Aquinas. Vid. *Voss. part. 2. Rhet. p. 148.*

TERCENTĒNI, æ, a, dreyhundert. *Mart.* Tercentena Epigrammata.

TERCENTUM, Indecl. idem. *Virg.* Tercentum delubra.

TERDĒNI, æ, a, dreissig. *Virg.* Terdeni anni.

*TĔRĔBELLUM, n. 2. ein Börerlein.

TĔRĔBINTHUS, f. 2. τερέβινθος, Terpenthinbaum. *Plin. 13, 6.* Inde, *Terebinthinus, a, um. Plin.* Terebinthina resina. Vid. *Tabernæm. pag. 1434.*

TĔREBRA, f. 1. ein Borer. *Cels.* Terebrâ aliquid agere.

*TĔREBRĀMEN, n. 3. Staub vom Boren. *Fulg. 2. Myth.* Ligna furfuraceis tinearum terebraminibus fistulescunt.

TEREBRATIO, f. 3. das Boren. *Col. 4, 29.* Fit per terebrationem.

*TEREBRATOR, m. 3. ein Borer. *Gloss. G. Lat.* τρυπητής, terebrator.

*TEREBRATUS, m. 4. das Boren. *Scribon. Larg.* A medicis cum terebratu exciditur.

TEREBRATUS, a, um, geboret. *Ovid.* Buxum terebratum per rara foramina.

TEREBRO, are, durchboren. *Virg.* Terebrare cavas latebras. *Col.* Terebrari terebrâ. *Translatè*, *Plaut. Bacch.* Ut terebrat.

TEREDO, f. 3. τερηδών, Holtzwurm. *Plin. 16, 41. Col.* Teredinem prohibere. *Ov.* Occultâ vitiata teredine navis.

TERENSIS, f. 3. *Dea*, ita dicta. *Arnob. 4.*

TERES, o. 3. lang und rund. *Ovid.* Digiti teretes. *Cicer.* Oratio teres, eine artige Red. *Id.* Habere aures teretes, intelligensque judicium. [*Salm. Sol. p. 713.*] *Hor.* Totus teres atque rotundus, *Prov.*

*TERETIM, Adv. rund. *Monin. D. 2. Beres.* Terga nubis Undique collævis, densæ, teretimque politæ.

*TERETISMA, n. 3. τερέτισμα, i. citharæ strepitus. *Item*, Cantus lascivus. *Scalig.*

*TERETO, are, rund und lang mach. *Mon. D. 3.* Fluctus, Nunc quadrans, teretans, pandens, tenuansque figuras. *Id. Ibid.* Pilamque, Quæ torno teretata, diem noctemque vicissim Se circuminspectat,

TERGEMINUS, a, um, dreyfächtig. *Liv.* Victoria tergemina. *Ov.* Tergeminumque virum, tergeminumque canem. *Stat.* Ignis Jovis tergeminus, i. fulmen. *Id.* Proles tergemina, i. tres filii. *Hor.* Tergemini honores, i. maximi. *Mart.* Tergeminum sophos mugire. *Cicer.* Ecce tergeminum in scelere par; de *Antonio & Dolabella. Liv.* Tergemini fratres, 3 Zwilling.

*TERGEO, ére, wischen / abtrucknen. *Juvenal.* Tergere vasa aspera. *Cato:* Tergere fossas veteres. Vide, *Tergo.*

*TERGILLA, f. 1. dimin. à tergore. *Apic. 4, 3.* Tessellatim concidere cum sua sibi tergilla.

*TERGINUS, a, um, vom Leder. *Plaut. Pseud.* Terginum lorum. Vid. *Laurenb.*

*TERGIVERSANTER, Adv. mit Wegerung / oder Sperrung. *Patercul. 1.* Tergiversanter inire pugnam.

TERGIVERSATIO, f. 3. Wegerung / Ausflucht. *Cicer.* Quid genus erat moræ & tergiversationis?

*TERGIVERSATOR, m. 3. der nicht will. *Arnob. 7.* Tergiversator in obsequio.

TERGIVERSOR, ari, Dep. Ausflucht suchen. *Cicer.* Tergiversari in re aliqua. *Id.* Tergiversari contra aliquem. *Id.* Tergiversari huc & illuc.

TERGO, tersi, tersum, tergere, wischen / abtrucknen. *Cicer.* Qui tergunt, qui ungunt, qui verrunt, non honestissimum locum servitutis tenent. *Ovid.* Lumina tersit manu. *Prov.* Sordes tergere non potest, qui lutum tenet. *Nov. T. 1. A. E. p. 452.*

*TERGOREUS, a, um, i. ad tergum pertinens. *Cathol.*

*TERGORO, are, i. tergum novum inducere. mit einer Haut überziehen. *Plin. 8, 52.* Lutô se tergorantes.

TERGUM, n. 2. Rucken. [*Plaut.* * etiam *m. g. Tergus*, usus est.] *Quintil.* Dare terga, i. fugere, fliehen. *Liv.* Vertere terga, idem. *Cic.* A tergo aliquem adoriri. *Prov.* A tergo lupi, & à fronte præcipitium. *Juvenal.* A tergo scriptus Orestes. *Sidon. 4, 13.* Duodecim lustra jam post tergum transmiserat. *Liv.* Tergum collis, das Hintertheil. *Claud.* Terga fluviorum. [*Lucret. l. 2.* in *Abl. pl.* dixit *tergibus*: Nec quicquam tergibus obstet.] Aliquando pro *Tergore* ponitur. *Virgil.* Taurinô circundare tergô.

TERGUS, n. 3. Leder / Haut. *Plin.* Durissimum dorso tergus. *Sil.* Squalenti tergore serpens. Vid. *Salm. Solin. p. 1005.*

*TERMENTUM, n. 2. i. detrimentum. *Plautus Bacch.* Non Pelides termento fuit. Vid. *Vossius & Pareus.*

TERMES, m. 3. ein abgebrochener Ast mit Obst. *Horat.* Nunquam fallentis termes olivæ. *A. Gell. 2, 6.* Termes à palmite avulsus. *Item*, eine Fleischmad. *Fest.* [Vide, *Tarmes.*] *Item*, Limes. Vid. *Laurenb.*

*TERMINABILIS, le, Adj. i. finibilis. *Barth. Solil. 16, 1.*

TERMINALIA, pl. n. 3. Festum *Dei* Termini, apud Rom. *Cicer.* & *Horat.*

TERMINALIS, le, Adj. i. in finibus positus. Terminalis

minalis lapis. *Apul. lib. 10.* Tubæ terminalis cantus.

TERMINĀTIO, f. 3. Endung. *Cic.* Concludi terminatione. *Id.* Terminatio aurium.

*TERMINĀTOR, m. 3. Ziel-oder Marcksteinsetzer. *Gloss. G. L.* ὁροθέτης, terminator.

TERMINĀTUS, a, um, geendet/umschrieben. *Cicer.* Terminatæ divitiæ. *Ulp.* Terminatum negotium, i. absolutum.

*TERMINĀTUS, m. 4. i. terminus. *Frontin.* Si terminatus steterit. Vid. *Voss. de Vit. Lat. Ling. 3, 52.*

TERMINO, are, enden. *Cic.* Terminare bona voluptate. *Virg.* Imperium terminare Oceanô, bis ans Meer herrschen. *Liv.* Terminare aliquid oculis.

TERMINUS, m. 2. Marckstein. *Cicer.* Constituere certos terminos. *Prov.* Terminum transilire. *Symmach. 8.* Oratio intra veritatis terminos stetit. *Cic.* Certis terminis circumscribere. *Item,* End. *Plin.* Terminus sermonis. *Cic.* Longiùs, quàm vitæ termini postulant, cogitare. *Plin.* Supremus terminus, i. extrema desperatio. Item, *Deus*, ita dictus. Vid. *Lactant. 1, 20.* & *Dempst. in Rosin. p. 410.*

*TERMITEUS, a, um, i. ex arbore defractus. *Gratius:* Ramum termiteum quatiens.

*TERMO, m. 3. i. terminus. *Varro:* Hortatore bono, priusquam de finibus termo.

TERNĀRIUS, a, um, je drey. *Col. 11, 2.*

TERNUS, a, um, drey. *Cic.* Terni denarii. *Plin.* Terni deni, dreissig.

TĔRO, terui, & trivi, tritum, terere, reiben/zerreiben. *Plaut.* Illuc ducere, ubi lapis lapidem terit. *Plin.* Molâ terere, malen. *Cicer.* Ætatem terere in aliqua re. *Liv.* Ocium conviviis terere.

TERRA, f. 1. die Erd. *Prov.* A terra ad cœlum percontari. *Virg.* Ardua terrarum, i. montes. *Cicer. ad Att.* Terræ filius, i. obscurus. [Vid. *Mendosa in Virid. p. 678.*] *Lucr.* Terra mater. *Prov.* Terram pro terra. *Item,* Terrâ defossum habere, i. abscondere. *Cicer.* in *Catone:* Quasi terram videam, i. finis vitæ instat. *Plaut.* Jam me censebam esse in terra, i. in tuto. *Idem Pseud.* Ego in hoc triduo aut terrâ aut mari alicunde evolvam id argentum tibi, i. quacunque ratione. *Cicer. 5. Fin.* Ita res hæc investigata est, ut nulla pars cœlô, mari, terrâ, ut poëticè loquar, prætermissa sit. *Prov.* Homo, implendæ tantùm terræ natus. *Nov. T. 2. A. E. p. 336.* *Exclam. Form.* *Terent.* O cœlum, ô terra, ô maria Neptuni! *Prov.* Terræ odium. *Item:* E terra naufragium spectare. *Abominandi Form.* Terra priùs dehiscat! *Mart.* Terra levis esto! in *Mortuos.*

*TERRĀCEUS, a, um, i. ex terra factus, leimicht. Terracea & limosa aqua.

TERRÆMŌTUS, m. 4. Erdbiben. *Plin. 2, 84.*

*TERRĀRIUS, a, um, i. qui in aviario inclusus pascitur. Turdus terrarius. Vid. *Salm. de Pallio p. 442.*

*TĔRREFĂCIO, feci, factum, facere, erschrecken. Improbat *Voss. de Vit. L. L. 4, 27.*

TERRĒNUM, n. 2. das Land/Erdreich. *Col. 2, 2.* Tria genera terreni.

TERRĒNUS, a, um, irdisch. *Cic.* Corpus terrenum. *Quintil.* Immorari terrenis. *Colum.* Terrena opera.

TERREO, terrui, territum, terrēre, einen Schrecken einjagen. *Cicer.* Aliquem denuntiatione periculi terrere. *Ovid.* Hostes terrere formidine. *Hor.* Terrere vultu.

*TERRESTREĬTAS, f. 3. *Guainerius Med.* Humiditatis terrestreitas. *Barth. Solil. 7, 4.* habet, *Terrestritas.*

TERRESTRIS, stre, Adj. irdisch. *Cic.* Archipirata terrestris. *Liv.* DI terrestres. *Plin.* Iter terrestre. *Terrestris cœna,* i. quæ est sine sanguine. Vid. *Victor. in Var. Lect. 7, 16.*

TERREUS, a, um, aus Erden gemacht/irden. *Col. 1, 6.* Solum terreum.

TERRĬBĬLIS, le, Adj. greulich/erschrecklich. *Virgil.* Terribilis visu. *Cic.* Aspectu terribilis. *Stat.* Affatu terribilis. *Cic.* Terribili tumultu tremere. *(15, 1.*

*TERRĬBĬLĬTAS, f. 3. Grausamkeit. *Barth. Solil.*

*TERRĬCĬPĪNA, f. 1. i. piscina, Fischteich. Vid. *Salm. de Pallio p. 441.*

TERRĬCŎLA, c. 1. i. qui terram inhabitat, Inwohner der Erden. *Apul. de Deo Socr.*

TERRĬCŬLA, f. 1. Schrecken/Erschrecknis. *Senec.* Si aliquis palàm minetur, omnes ejus terriculas deludes. *Minut. Fel.* Suppliciorum terriculæ.

*TERRĬCŬLĀMEN, n. 3. idem. *Caspar*

 Hofm.

Hofm. Carm. 114. Quin volo, ut abstineant hæc terriculamina se à me.

TERRĬCŬLĀMENTUM, n. 2. idem. *Sid.* 1, 7. Terriculamenta prodigiorum. *Apul.* Sepulcrorum terriculamenta.

*TERRĬCŬLUM, n. 2. Schreckbild. *Liv.* Terricula tribunitiæ potestatis. *Accius:* Isthæc tua aufer terricula.

TERRĬFĬCO, are, Schrecken/Furcht einjagen. *Virg.* Cæci in nubibus ignes Terrificant animos. Vid. *Laurenb.*

TERRĬFĬCUS, a, um, schrecklich. *Virg.* Fulgor terrificus. *Val. Arg.* Nox terrifica.

TERRĬGĔNA, m. 1. ein Erdkind. *Lucan.* Gigantes terrigenæ.

*TERRĬGĔNUS, a, um, i. è vel in terra natus. *Tertull. 2. contra Marcion.* Aquigena & terrigena animalia.

*TERRĬLŎQUUS, a, um, der schreckliche Ding sagt. *Lucr.* Vatum terriloqua dicta.

TERRĬPAVIUM, n. 2. species augurii.

*TERRĬQUASSOR, m. 3. Erschütter deß Erdbodens. *Dousa:* Tridente rectè cuspide terriquassor usus.

TERRĬSŎNUS, a, um, das schrecklich lautet. *Claud.* Terrisonus stridor.

*TERRĬTIO, f. 3. Schreckung. *Ulp.* Levis territio.

TERRĬTO, are, sehr furchtsam machen. *Ter.* DI te eradicent, ita me miseram territas! *Cas.* Territare metu. *Liv.* Territare minis.

TERRĬTŌRIUM, n. 2. Landschafft/Gebiet. *Cic.* Minuere territorium. *Plin.* Extra territorium abire.

*TERRITRĔMUS, a, um, davon die Erd erzittert. *Mantuan.* Boatu Machina territremo longè intonat.

TERRĬTUS, a, um, erschreckt. *Liv.* Territus animi. *Ovid.* Territus inopinô visu.

*TERRĬVĂGUS, a, um, der auf der Erden hin und wieder schweifft. *Celt.* Terrivagi amnes.

TERROR, m. 3. ein Schrecken. *Quint.* Exanimatus terrore. *Cicer.* Injicere terrorem. *Liv.* Terrori esse, einen Schrecken machen. *Ovid.* Terrore pavére.

*TERRŌSUS, a, um, i. terrâ plenus. *Vitruv.* 2, 4. Terrosæ arenæ.

*TERRŬLENTER, Adv. irdischer Weis. *Prud.* Rem spiritalem terrulenter quærere.

*TERRŬLENTUS, a, um, irdisch/irden. *Prud.* Quod terrulentum ac sordidum, Flammis necesse est decoqui.

*TERSOR, m. 3. ein Reiniger/Abwischer. *Gloss. G. L.* καταμάκτης, tersor.

*TERSŌRIUM, n. 2. damit man abwischt. *Gloss. L. G.* Tersorium, ἐκμαγεῖον.

TERSUS, a, um, gesäubert/gewischt. *Ov. 2. Met.* Ut tersis niteant talaria plantis.

TERTIĀNĀRIA, f. 1. Feberkraut. *Tabern. p.* 766.

TERTIĀNUS, a, um, im dritten Hauffen. *Tacit.* Tertiani, i. tertiæ cohortis milites. *Plin.* Tertiana. *Cicer.* Tertiana febris. Vid. *Castell. in L. p.* 484.

TERTIĀRIUM, n. 2. ponderis genus. *Cato c.* 95. Sumere bituminis tertiarium. *Item,* Trigona figura. *Bald. in L. Vitr. p.* 125.

*TERTIĀRIUS, m. 2. i. qui tertiam partem recipit. *Gloss. G. L.* ἰσφιδρος, tertiarius.

TERTIĀRIUS, a, um, im dritten. *Plin.* 34, 17. Tertiarium stannum, der dritten Prob.

TERTIĀTIO, f. 3. i. tertia operis repetitio. *Col.* 12, 50. Miscere tertiationem.

*TERTIĀTUS, a, um, i. imperfectus. *Apul.* 5. Semihianti voce tertiata verba substrepere.

TERTIO, Adv. zum dritten. *Ter.* Non herclè veniam tertiò.

TERTIO, are, i. tertiùm repetere. *Item,* In tres partes dividere. *Col.* 2, 4. Jugerum tertiatur dodrante. *Id.* 2, 13. Iteratos esse, & deinde tertiatos oportet.

TERTIUM, Adv. zum dritten. *Cicer.* Iterùm & tertiùm jacere. *Liv.* Tertiùm Consul. Vid. *Dilher. T. 1. Disp. p.* 350.

TERTIUS, a, um, der dritte. *Plin. Ep.* Tertius dies est, quòd, &c. *Cic.* Tertio quoque die. *Id.* Nihil est tertium. *Col.* 9, 4. Tertiæ notæ herbæ. *Scribon. Larg.* Ad tertiam decoquere, i. ut consumptis duabus partibus tertia remaneat.

*TERTUS, a, um, i. tersus. *Varro:* Atrei nitet terta galea. *Cato:* Terti & unctuli, ut mangonis esse videantur servi.

TERUNCIUS, m. 2. ein Pfennig. *Plaut. Capt.* Neque ridiculos jam teruncii faciunt. *Cic.* 3. *de Fin.* Interit magnitudine maris Ægæi stilla muriæ, & ut in divitiis Crœsi teruncii accessio. *Id. ad Att.* Ex teruncio hæredem facere.

TES-

TESQUA, pl. n. 2. wilde dornichte Oerter. *Hor.* Deserta & inhospita tesqua. *Laurenb.* scribit, *Tesca.*

*TESQUOR, m. 3. Squal/Unflat. *Edo Neub. l. 2. Theatr. Hum. Ing. c. 6.* Hic porcinâ immundus sorditie in olido tesquore & cœnoso helluationum lacu volvitur.

TESSĂRĂCOSTON, n. 2. τεσσαρακοστόν, tempus XL dierum, ante & post partum, quibus mulieres abstinebant à sacris.

TESSELLA, f. 1. ein Würffel. *Item*, was Viereckichts/ wie ein Würffel. *Plin.* Tessellis similis.

*TESSELLĂRIUS, m. 2. qui facit tessellas, ein Würffelmacher. *Theod. Cod. L. 13. Tit. 4.* Fusores, blattiarii, tessellarii.

*TESSELLĀTIM, Adv. i. instar tessellarum, gewürffelt. *Apic. 7, 9. Idem 4, 3.* Tessellatim concidere, i. in modum tessellæ.

*TESSELLĀTOR, m. 3. qui calculos ponit. *Gloss. G. L.* ψηφοθέτης, tessellarius, tessellator.

TESSELLĀTUS, a, um, mit viereckichten Steinen gemacht. *Suet. Cæs. c. 46.* Pavimenta tessellata & sectilia. Vid. *Salm. Sol. p. 1214.* & *Parens in L. C. p. 1235.*

*TESSELLO, are, gewürffelt machen. *Gloss. G. L.* ψηφολογῶ, tessello.

TESSĔRA, f. 1. ein Würffel. *Cic.* Talos & tesseras alicui relinquere. *Petron.* Cujus anni ad tesseram venerunt. *Item*, Losung im Krieg. *Virgil.* It bellô tessera signum. Dicitur etiam de *aliis Signis. Suet. Aug.* Tesseræ frumentariæ, Kornzeichen. *Id.* Tesseræ nummariæ. *Item*, ein Kerbholtz. *Plaut.* Suam tesseram habere. *Idem Pœn.* Conferre hospitalem tesseram. *Id. Cist.* Confringere tesseram apud aliquem. Vid. *Parei L. C. p. 1234.*

*TESSĔRĀRIUS, m. 2. Wachtmeister/ der Losung gibt. *Ammian. 28, 22.*

TESSĔRŬLA, f. 1. Kerbholtz. *It.* Kornzeichen. *Pers. Sat. 5.* Scabiosum tesserulâ far. *Item*, viereckichte Steinlein. *Lucil. apud Cic.* Compôstæ, ut tesserulæ omnes Arte pavimentô & emblemate vermiculatô.

TESTA, f. 1. eine Flasch/Scherb. *Ovid.* Testa apta mero. *Proverb.* Quod nova testa capit, inveterata sapit. *Novarin. T. 1. Adag. Eccles. pag. 372. Plin.* Testa tusa. *Ov.* Lubrica testa. *Item*, Fragmentum ossis. *Cels. lib. 7. c. 12.* Specillô testam conquirere. *Item*, Calculus. *Plaut.* Testa ovi vel limacis. *Item*, Meerschnecken. *Hor.* Mare, generosæ fertile testæ.

*TESTĀBĬLIS, le, Adj. qui testari potest. *A. gell. l. 26. c. 7.*

TESTĀCEUS, a, um, irdin. *Plin. Epist.* Testaceum opus, gebrannt. *Plin. 11, 37.* Testaceum operimentum. *Id. 15, 15.* Testacea pira, i. signina.

*TESTĀMEN, n. 3. i. testimonium, Zeugniß. *Tertull. 4. contra Marcion.* Item, *Casp. Hofm. Carm.* Magni testamen honoris.

TESTĀMENTĀRIUS, a, um, zum Testament dienlich. *Plin.* Testamentaria adoptio. *Sidon. 6, 2.* Testamentarium negotium.

TESTĀMENTĀRIUS, m. 2. ein Fälscher deß Testaments. *Cic. 3. Off.* Testamentarii, fures. *Item*, Notarius, so das Testament confirmirt. *Callistr. Jct.*

TESTĀMENTUM, n. 2. Testament/letzter Will. *Cic.* Componere testamentum. *Id.* Mutare testamentum. *Id.* Obsignare testamentum. *Horat.* Resignare testamentum. *Cic.* Relinquere testamentô. *Item*, Testatio, scriptô comprehensa. Vid. *Barth. Adv. 20, 2.*

*TESTĀTIM, Adv. i. minutim. *Pompon.* Colaphis testatim comminuere.

TESTĀTIO, f. 3. Bezeugung. *Quint.* Testationibus comprehensum.

TESTĀTO, Adv. im Beyseyn der Zeugen. *Ulp.* Testatò aliquem convenire. *Id.* Testatò denunciare alicui. *Paul. Jct.* Testatò decedere, nach aufgerichtem Testament. *Richt. in Adv. J. pag. 801.*

TESTĀTOR, m. 3. i. testamenti conditor. *Ulp.*

TESTATRIX, f. 3. quæ testatur. *Paul. Jct.*

TESTĀTUS, a, um, bezeuget. *Cicer.* Res clara & testata. *Plin.* Actis populi Romani testatum. *Ov.* Amor testatus populo. *Ulp.* In testatum redigere, i. tabulas de aliqua re conficere. *Cic.* Res multorum oculis testatior.

*TESTEUS, a, um, irdisch. *Macrob. Sat. 7, 15.* Testea corpora.

*TESTĬCŬLĀTUS, a, um, i. testiculis præditus, unbeschnitten. *Veget. de Re Vet. c. 7.*

TESTĬCŬLOR, ari, Dep *Plaut.* Testes qui testiculare? Juxta *Fest.* est, maribus jumentis fœminas admovere, & contrà.

TESTĬCŬLUS, m. 2. Hoden. *Aut. ad Herenn.*

Testiculi arietini. *Juven. Sat. 11.* Pugillares testiculi, die eine Faust füllen. Apud *Herbarios*, Testiculus muscarius, Steudelwurtz dicitur. Vid. *Tabernam. p. 1048.* Testiculus vulpinus, Fuchshödlein. *Id. pag. 1053.* Testiculus hircinus, Bockshödlein. *Id. pag. 1056.*

TESTĬFĬCĀTIO, f. 3. Zeugniß. *Cicer.* Deferre testificationes. *Arnob. 1.* Testificatio titulorum.

TESTĬFĬCĀTUS, a, um, bezeugt. *Cic.* Abs te aliquando testificata tua voluntas. *Barth. Solil.* Testificatissima & maxima dilectio. *Item,* Activè. *Ov.* Testificata lingua Deam, i. jurans.

TESTĬFĬCOR, ari, Dep. öffentlich bezeugen. *Cic.* Testificor, me à te rogatum. *Id.* Testificari sententiam suam. *Id. ad Att.* Testificari Deum, bey GOtt schweren.

*TESTĬMŌNIĀLIS, le, Adj. i. ad testimonium faciens. *Tertull. contra Psych.* Testimonialis comparatio.

TESTĬMŌNIUM, n. 2. Zeugniß. *Cic.* Capere testimonium. *Id.* Dicere testimonium. [Vid. *Hadr. Card. p. 161.*] *Id.* Dare testimonium. *Id.* Testimonio esse alicui.

*TESTIPRĒMUS, a, um, i. testes premens. *Celt. Amor. 3, 3.* Et modò Rhenanas Lex hæc est cepta per oras, Dum sacra testipremis membra secare libet.

TESTIS, m. 3. ein Zeug. *Cic.* Testis rerum gestarum. *Id.* Testis de aliqua re. *Id.* Testis in aliquam rem. *Id.* Citare testes. *Id.* Colligere testes stultitiæ suæ. *Quint.* Producere testes. *Item,* Testes, Hoden. *Plin. 12, 49.* Testes ad crura decidui. *Castell. in L. M. p. 485.*

*TESTITRĀHUS, a, um, i. qui trahit præ pondere testes. *Laberius:* Aries testitrahus. Vid. *Salm. de Pallio p. 128.*

TESTOR, ari, Dep. bezeugen / bestättigen. *Ov.* Testari gaudia cantu. Item, *Deum invocare.* *Cic.* Testor Deos, Deasque immortales. *Virg.* Sidera testor. *Plaut.* Per Superos testari. Item, *Palàm dicere. Florent. Jct.* Voluntatem suam testari. *Suet.* Testari per edictum, i. affirmare. Item, *Obtestari,* anflehen. *Cicer.* Testari publicanos. Item, *Testamentum facere. Liv. 1.* Immemor in testando nepotis discessit.

*TESTU, Abl. i. testa. Vide, *Testum.*

*TESTŪDĬNĀTUS, a, um, i. concameratus. [*Bald. in L. Vitr. p. 127.*] *Vitruv. 6, 3.* Opus testudinatum.

*TESTŪDĬNEĀTUS, a, um, idem. *Columell. 12, 15.* Tectum testudineatum, gewölbt.

TESTŪDĬNEUS, a, um, wie eine Schildkrot. *Hieronym.* Testudineo gradu incedere. [Vid. *Nov. T. 1. A. E. p. 63.*] *Capitol. in Albino:* Testudineus alveus. *Solin. c. 53.* Testudinea varietas.

*TESTŪDĬNO, are, wölben. *Politian.* Qua cavus exesum pumex testudinat antrum.

TESTŪDO, f. 3. eine Schildkrot. *Plin. 9, 10.* *Prov.* Testudo volat. *Item,* Machina bellica. *Caes. 5. de B. G.* Item, συνασπισμός. *Livius 10.* Galli, testudine factâ, conferti stabant. *Item,* Bauch an der Laut. *Horat.* Callida testudo resonare septem nervis. *Item,* Gewölb. *Virg.* Media testudo templi. *Ovid.* Thalami culti testudo.

TESTŬLA, f. 1. i. parva testa. *Liv.* Testulæ in sitellam conjectæ.

TESTUM, n. 2. Küchenöfelein. *Plin. 32, 7.* Sub æreo testo. *Petron.* Animadverto Enothecam, cum testo ignis pleno venientem. Legitur etiam * *Testus*, m. 4. *Cato:* In foco calido sub testu coquitur leviter. *Id.* Catinum testu operire.

TĔTĂNUS, m. 2. τέτανος, Kranckheit, wenn man den Hals nicht regen kan. *Plinius 23, 1.* Hinc, *Tetanicus, a, um,* τετανικός, qui laborat eô morbô. *Plin. 23, 7.* Vid. *Castell. in L. M. pag. 486.*

TĔTĂNOTHRA, pl. n. 2. τετάνωθρα, Salb / damit man eine weisse Haut macht. *Plin. 32, 7.*

TĔTARTÆUS, a, um, τεταρταῖος, i. quartanus, quatriduanus. *Col. 3, 20.*

TĔTARTĒMŎRION, n. 2. τεταρτημόριον, Viertheil. *Plin. 7, 49.*

TĔTER, a, um, scheußlicht. *Cic.* Teter cruciatus. *Id.* Teter in aliquem. *Id.* Perditorum teterrimus.

TĔTHYS, f. 3. Τηθύς, *Dea* maris. Aliquando pro *mari* ponitur. *Lucan.* Vaga Tethys.

*TĔTĪNI, *Antiquè*, idem, quod *Teneri*. Vid. *Laurenb.*

*TETRĂCHORDUM, n. 2. τετράχορδον, instrumentum, habens 4 chordas. *Varro, Tetrachor-*

chordum anni, eleganter, pro, *quatuor anni temporibus*, dixit: Autumnitas in anni tetrachordo mensem præterierat. Vid. *Micral. in L.P.p. 791. & Bald. in L.Vitr.p. 127.*

TETRACŌLUM, n. 2. τετράκωλον, i. quatuor membris vel versibus constans. *Senec.* Nulli non post primum tetracolum præferendus. Vid. *Turneb.*

TETRĂDŌRON, n. 2. τετράδωρον, eine Zwerg-Hand breit. *Vitr. lib. 7.*

TETRADRACHMA, f. 1. & TETRADRACHMUM, n. 2. τετράδραχμον, ein halber Thaler. *Liv.* & *Cicer.*

TETRĂGŌNIUM, n. 2. τετραγώνιον, pallium quadratum. Vid. *Salm. de Pallio p. 113.*

TĔTRĂGŌNUM, n. 2. τετράγωνον, ein Quadrat.

TĔTRĂGŌNUS, a, um, τετράγωνος, viereckicht. *Steph. Comes Bellocass.* Occubuit tetragoni gloria mundi.

TETRĂGRAMMĂTUS, a, um, τετραγράμματος, das vier Buchstaben hat.

TETRĂMĔTER, m. 2. τετράμετρος, 4 mensuras habens. *Rufin.*

TETRANS, m. 3. circuli quarta pars. *Vitr. L. 10. cap. 11.* Tetrantibus dividi in 4 partes. Vid. *Bald. p. 127.*

TETRAO, m. 3. τετράων, ein Auerhahn. *Loëns. 5, 9.*

TETRĂPHARMĂCON, n. 2. τετραφάρμακον, cibi genus, ex 4 pretiosis obsoniis. *Spartian. in Hadrian. Item*, Emplastrum. *Cels. 5, 19. Veget. 3, 21.* Malagma tetrapharmaci.

TETRARCHA, m. 1. τετράρχης, ein Vier-Fürst. *Cic.* Prædia dare tetrarchis. *Adhelm. de Virg. cap. 11.* Johannes, Evangelicæ relationis tetrarcha.

TETRARCHIA, f. 1. τετραρχία, hujusmodi principatus. *Cicer.* Tetrarchiæ regnô pecuniaque multatus.

TETRASTĪCHUS, τετράστιχος, ordo 4 columnarum. *Trebell. in Gallieno c. 18.*

TETRASTĪCHON, n. 2. τετράστιχον, i. 4 versibus constans sententia. *Mart. 7.* Non infulsè scribere tetrasticha.

TETRASTȲLUS, τετράστυλος, i. 4 columnas habens in fronte. *Vitruv. 3, 2.* Vid. *Bald. in Lex. Vitr. p. 128.*

TETRĂSYLLĂBUS, a, um, τετρασύλλαβος, das 4 Syllaben hat.

TETRE, Adv. scheußlich. *Cicer.* Multa facere impurè ac tetrè. *Id.* Teterrimè aliquid violare.

TETRĬCITAS, f. 3. Rauhe/Ernsthafftigkeit. *Ov.* Lætâ tetricitate decorus.

TETRĬCUS, a, um, herb/unfreundlich. *Colum.* Tetricus rusticus. *Ovid.* Tetricæ puellæ.

TĔTRINNIO, ire, *Anatum* est, schnackern. *Autor Phil.* In fluviisque natans fortè tetrinnit anas.

*TETRĬTŪDO, f. 3. Scheußlichkeit. *Accius apud Non.* Obsecro te, ne hæc tetritudo me aspernabilem in occulto faxit.

*TETRO, are, scheußlich machen. *Pacuv. apud Non.* Ferarum adventus ne tetret loca.

*TĔTŬLI, *Antiquè*, idem, quod *Tuli. Plaut.* Tetuli ei auxilium. Vid. *Laurenb. p. 461.*

TEUCHĪTIS, f. 3. τευχῖτις, junci species, Cameelstroh. *Plin. 21, 10.*

TEUCRIUM, n. 2. τεύκριον, Ehrenpreis. *Plin. 25, 5. Tabernam. p. 770.* vocat Bathengel.

TEUTHĂLIS, f. 3. τευθαλίς, herba, Weggras. *Plin. 25, 12.*

TEXO, texui, textum, texere, nehen / weben / wircken. *Terent.* Texere telam. *Ovid.* Texere flores, Krantz machen. *Plin.* Texere navigium, i. construere. *Quint.* Texere nidos. *Propert.* Causas texere lethi. *Cic.* Texere epistolas.

TEXTĪLIS, le, Adj. gewebt / geflochten. *Mart.* Textilia serta. *Cicer.* Textilis pictura; qualis in tapetis fieri solet. *Tert.* Textilia capillimenta.

*TEXTO, are, wircken. *Monin. D. 5. Beref.* Haud fila pudet textare metallô.

TEXTOR, m. 3. ein Weber. *Cicer.* Pro textore emere.

TEXTŌRIUS, a, um, gewebt / erdicht. *Sen. Ep.* Textorium mehercule totum istud est.

*TEXTRĪCŬLA, f. 1. i. parva textrix. *Arnob. l. 5.* Textricula puella.

*TEXTRĬCUS, a, um, zum Sticken. *Scriban. in Antv.* Textrica Babylonia ars.

TEXTRĪNA, f. 1. Weberwerckstatt. *Cic.* Textrinam instituero. *Item*, Weberkunst. *Plin. 11, 24.* Ratio textrinæ.

TEXTRĪNUM, n. 2. idem. *Cic. 6. Verrin. Tertull. contra Gentil. cap. 1.* De compito, de trivio,

vio, de textrino totus. *Item*, Locus, ubi naves fabricabantur. *Laurenb. p. 461.*

TEXTRIX, f. 3. Weberin / Nehterin. *Tib.* Assiduè textrix operata Minervam cantat.

TEXTUM, n. 2. Gewebe. *Stat.* Pretiosa texta. *Cicer.* Tenue dicendi textum, i. tenuis stilus. Confer *Laurenb.*

TEXTŪRA, f. 1. idem. *Lucret. 3.* Textura tenuis.

TEXTUS, a, um, gewebt / geflochten. *Virg.* Iter, cæcis parietibus textum.

TEXTUS, m. 4. das Weben. *Plinius:* Alternô textu fulgere. *Idem:* Grana in stipula crinitô textu spicantur.

THĂLĂMĒGUS, m. 2. θαλαμηγὸς, navis ingens sic dicta. *Suet. Cæs. c. 52.*

*THĂLĂMĬCŬBA, f. 1. i. uxor, conjux. *Meliss.* Venit, ecce, venit Serenissimi Principis Friderici Thalamicuba.

THĂLĂMUS, m. 2. θάλαμος, der Eheleut Schlaffkammer. *Ov.* Consors thalami, Ehegatt. *Id.* Inire thalamum. *Id.* Thalamos violare pudicos. *Virg.* Thalamis se componere; de *Apibus.*

THĂLASSĬCUS, a, um, θαλασσικὸς, wasserblau. *Plaut.* Color thalassicus. *Id.* Incedere ornatu thalassicô.

THĂLASSĪNUS, a, um, idem. *Lucretius:* Vestis thalassina.

THĂLASSIO, m. 3. Hochzeit-Gott. *Sidon. 1, 5.* Thalassio fescenninus per omnia loca explicatur. [Vide, *Talassio.*] Item, *Thalassius.* *Catull.* Servire Thalassio.

THĂLASSŎMĔLI, n. 3. θαλασσόμελι, Unguentum sic dictum. *Plin. 31, 6.*

THĂLĪA, f. 1. Θάλεια, una Musarum. *Horat.* Arguta Thalia.

THĂLIARCHUS, m. 2. θαλίαρχος, magister convivii. *Horat.*

THĂLICTRUM, n. 2. θάλικτρον, herba, Sophienkraut. *Plin. lib. 27. c. 13.*

THALLI, pl. m. 2. θαλλοὶ, Stengel an Knoblauch oder Zwibeln. *Col.* Thalli cœparum. Vid. *Voss. Etym. p. 518.*

THAMNUS, m. 2. θαμνὸς, i. frutex. *Columell.* Jam thamni sponte virescunt.

THAPSIA, f. 1. θαψία, frutex, Thapsienwurtz. *Plin. 13, 22.* & *Tabernam. p. 1169.*

THEĂMĒDES, m. 3. θεαμήδης, lapidis genus. *Plin. 36, 16.*

THEATRĀLIS, le, Adj. zum Schauspiel gehörig. *Cicer.* Theatrales gladiatoriique consessus. *Quintil. 2, 2.* Humanitas indecora & theatralis. *Sidon. 3, 13.* Sermones prostituti & theatrales.

THEATRĬCUS, a, um, θεατρικὸς, deß Schauplatzes. Spectacula theatrica.

THEATRĬDIUM, n. 2. θεατρίδιον, ein kleiner Schauplatz. *Varro de Re Rust. 3, 5.* Theatridium avium.

*THEATRO, are, i. spectandum proponere. *Carol. Scriban. in Antv.* Nimis in hoc Belgico pectore XL Solidis ampliùs theatratum est annis.

THEĀTRUM, n. 2. θέατρον, Schauplatz. *Cicer.* Exire tanquam è theatro. Interdum pro *ipsis Spectatoribus* sumitur. *Cic.* Versari in theatro, i. loco conspicuo. *Id.* Theatrum virtutis conscientia. *Id.* Magnum theatrum habet ista provincia, alle Leut sehen auf dein Amt. *Id.* Magno theatro spectata familiaritas, i. multis comperta.

THĒCA, f. 1. θήκη, Futteral. *Cic. ad Att.* Theca nummaria. *Mart.* Theca calamaria. Theca pulveraria, Sandbüchs. Theca bombardaria, Patrontasch.

*THĒCĀTUS, a, um, i. thecâ tectus. *Sidon. 1, 2.* Arcum gestare thecatum.

THĒLYGŎNUM, n. 2. θηλύγονον, Bingelkraut. *Plin. lib. 27. c. 8.*

THĒLYPHŎNON, n. 2. θηλύφονον, Wolffswurtz. *Plin. lib. 25. c. 10.*

THĒLYPTĔRIS, f. 3. θηλυπτερὶς, genus filicis, Farnkraut. *Plin. 27, 9.*

THĔMA, n. 3. θέμα, ein Argument / davon man perorirt. *Quint. 7, 2.* *Item*, Figur der Geburt. *Suet. Aug. c. 94.* Thema suum vulgare. Vid. *Salm. de Ann. Climact. p. 87.*

THĔMĂTISMUS, m. 2. θεματισμὸς, i. collocatio, positio. *Vitr. 1, 2.*

THĔMIS, f. 3. Θέμις, Göttin der Gerechtigkeit. *Ovid.* Fatidica Themis. *Cic.* Themide sapientior. Item, *Themista*, f. 1. &, *Themistys*, f. 3. *Daum.* sæpè.

THENSA, f. 1. Wagen der Götter. *Cic.* Prædari ex thensarum orbitis. *Liv.* Thensas ducere. Vid. *Schott. l. 4. Nod. Cic. c. 6.*

THEŎ-

THEŎGŎNIA, f. 1. θεογονία, Deorum generatio. *Cic. 1. de N. D.* Hesiodi theogonia.

THEŎLŎGIA, f. 1. θεολογία, Wissenschafft göttlicher Sachen.

THEŎLŎGUS, m. 2. θεολόγος, ein Gelehrter der heiligen Schrifft. *Cic. 3. de N. D.* Vid. *Parei Lex. Crit. p. 1273.*

THEOMBRŎTIOS, θεομβρότιος, herba, Steinpfeffer. *Plin. l. 24. c. 17.*

THEŌRĒMA, n. 3. θεώρημα, Betrachtung eines Dings. *Cicer. de Fato.*

THEŌRĒTICA, f. 1. θεωρητική, Kunst etwas zu betrachten. *Quintil. 2, 18.*

THEŌRĒTICE, Adv. i. contemplando, durch Betrachtung. *Richt. in A. J. p. 805.*

THEŌRIA, f. 1. θεωρία, Betrachtung. *Castell. in L. M. p. 487.*

THĒRIĂCA, f. 1. θηριακή, Theriack. *Plin. 20, 24. Barth. in Celest.* Salutifera hæc est Theriaca morbo meo. *Proverb*: De veneno sibi facere Theriacam. *Nov. T. 1. A. E. p. 110.*

*THĒRIĂCŎPOEUS, m. 2. θηριακοποιός, Theriackskrämer. *Montacut.* Ita tractas, ut solent theriacopœi viperas.

THĒRIŌMA, n. 3. θηρίωμα, morbus, Feigwartz. *Cels. 5, 28.*

THĒRIŎNARCA, f. 1. θηριονάρκη, frutex. *Plin. 25, 9.*

THĒRIOTRŎPHEUM, n. 2. θηριοτροφεῖον, Thiergarten. *Varro de Re Rust. 3, 13.*

THĒRISTRUM, n. 2. θέριστρον, Sommerkleid. *Genes. 38, 14.* Vid. *S. Hieronym. ad Esai. 3.*

THERMÆ, pl. f. 1. θερμαί, warme Bäder von Quellen. *Martial. 5.* Neronianas is refrigerat thermas. *Prov.* De Thermis, vid. *Micral. in L. Ph. p. 157.*

THERMANTĬCUS, a, um, θερμαντικός, i. calefaciens. *Veget.* Potio thermantica.

THERMĂPĂLUS, a, um, θερμαπαλός, warm und weich. *Theod. Prisc. 20, 10.* Ova thermapala.

*THERMĔFĂCIO, facere, i. calefacere. *Plaut. Stich.*

THERMŎPŌLA, m. 1. θερμοπώλης, ein Garkoch/ der warme und gekochte Speis feil hat.

THERMŎPŌLIUM, n. 2. θερμοπώλιον, eine Garküchen. *Plautus Rud.* Thermopolium instructum.

*THERMŎPŌTO, are, θερμοποτέω, warme Brüh trincken. *Plaut. Trin.* Thermopotare gutturem. Vid. *Pareus in L. C. p. 1237.*

*THERMOSPŎDIUM, n. 2. θερμοσπόδιον, i. vas cineri calido servando, in quo deponebant, quæ frigefieri nolebant. *Apic. 4, 2.* In thermospodio apponere. Vid. *Barth. Adv. 40, 6.*

THERMŪLÆ, pl. f. 1. warmes Bädlein. *Mart. 2.* Thermulis lavari.

*THĒSAURĀRIUS, a, um, ad thesaurum spectans. *Plaut. Aul.* Thesaurarii fures.

*THĒSAURENSIS, m. 3. præpositus thesauro. *Theod. Cod. L. 8. Tit. 13.* Nullus thesaurensis vel officialis.

*THĒSAURIZO, are, θησαυρίζω, thesaurum colligere, reponere. *Vulg. Luc. 12, 21.*

*THĒSAURUM, n. 2. *Angelomus*: Isthic invenies thesaura recondita patrum. V. *Barth. Adv. 46, 13.*

THĒSAURUS, m. 2. θησαυρός, ein Schatz/ hinterlegt Geld. *Hor.* Intacti thesauri Arabum. *Cicer.* Suppeditare aliquid è thesauris. *Prov.* Thesauris clausis incubare. *Item*, Überfluß. *Cicer.* Thesaurus rerum omnium, memoria. *Plaut. Amph.* Thesaurum stupri teneo. *Item*, Vestiarium principis. *Hinc*, Thesaurorum Comes. Vid. *Salm. H. A. p. 220.* *Item*, Antrum. *Pareus in L. C. p. 1238.*

THĔSIS, f. 3. θέσις, eine General-Sach. *Item*, ein Satz. *Cic. in Top. Quintil.* Uberes & spaciosæ ad dicendi exercitationem theses.

THESMŎPHŎRIA, pl. n. 2. θεσμοφόρια, i. Cerealia, Cereris Fest. *Plin. 24, 9.*

THĒTA, n. 3. θῆτα, nota condemnationis. *Martial. 7.* Mortiferum theta. *Pers. Sat. 4.* Vitio nigrum præfigere theta.

THĔTIS, f. 3. Θέτις, Dea maris. Unde pro *mari* aliquando ponitur. *Virgil.* Tentare Thetin ratibus.

THIĂSŌTES, m. 3. θιασώτης, i. qui epulas sacras ex ære collatitio celebrat. Vid. *Salm. de Usur. p. 45.*

THIĂSUS, m. 2. θίασος, convivium sacrum. *Item*, Chorea, saltatio. *Catull.* Thiasus repente linguis trepidantibus ululat.

THLASPI, n. 3. θλάσπι, herba, Baurensenff/ Besemkraut. *Plin. 27, 13.* Vid. *Tabernam. p. 849.*

THŎLUS, m. 2. θόλος, scutum, in quo dona suspenduntur. *Virg.* Suspendi tholo. *Mart.* Cæsareus tholus. *Item*, Testudo ædium, Schloßbalck. Vid. *Bald. in L. Vitr. p. 129.*

THŌMIX, f. 3. θώμιγξ, Hanffseil. *Item*, Halspülsterlein.

stecken. *Lucil.* Thomices cannabinas indere. *Plaut.* Thomices componere.

*THŌRĀCĀTUS, a, um, der einen Brustharnisch anhat. *Plin. 37, 9.* Effigies Neronis thoracata.

*THŌRĀCĪDA, f. 1. ein Brustbild. *Adhelm. de Virg. c. 2.* Simulacrorum thoracidas ad solum cernuas diruere. *Id. c. 30.* Thoracidas ornare deauratis petalis.

THŌRĀCŌMĀCHUS, m. 2. θωρακομάχος, i. tunica militum coactilis ad tutelam.

*THŌRĀCŪLA, f. 1. ein Brustbildlein. Vid. *Salm. H. A. pag. 326.*

THŌRAX, m. 3. θώραξ, die Brust. *Plin. 20, 22.* *Item*, ein Brustbeltz. *Suet. Aug. c. 82.* Thorace laneô muniri. *Item*, Brustharnisch. *Plin.* Plumbeô thorace indutus. *Item*, Brustbild. *Salm. H. A. p. 326.*

THŎRUS, m. 2. ein Bett. Vide, *Torus.*

THOS, m. 3. θῶς, lupi genus. *Plin. 8, 34.*

THRASCIAS, m. 1. θρασκίας, ventus, ita dictus.

THRĒCES, pl. m. 3. gladiatores, ita dicti. Vid. *Lips. in Saturn. pag. 81.* & *Pareus in Lex. Crit. pag. 1238.*

THRĒCĪDĬCUS, a, um, i. ad Threces spectans. *Auson.* Threcidicus gladius. Hinc, *Threcidica*, pl. n. 2. arma gladiatoria. *Cic.* Ornare aliquem Threcidicis.

THRĒNŌDIA, f. 1. θρηνῳδία, Klaglied.

THRĒNUS, m. 2. θρῆνος, eine Klag. *Auson.* Tristis threnus.

THRIPS, m. 3. θρὶψ, ein Holtzwurm. *Plin. 16, 41.*

THRŎNUS, m. 2. θρόνος, ein Sitz/Thron. *Prudent.* In thronum regis vocari.

THRYALLIS, f. 3. θρυαλλὶς, Sametröslein. *Plinius lib. 25. c. 10.*

*THUNNĀRIUS, a, um, i. ad thunnos spectans. *L. 13. D. Comm. præd.* Thunnaria piscatio.

THUNNUS, m. 2. θύννος, ein Meerfisch. *Horat.* Plures annabunt thunni & cetaria crescent.

*THŪRĀRIUS, m. 2. der Weyhrauch verkaufft. *Tertull. de Idol. c. 11.* Dissimulare de thurario. *Firm. 8, 25.* Thurarii, pigmentarii.

THŪREUS, a, um, vom Weyhrauch. *Virg.* Thurea dona. *Ov.* Thurea grana.

THŪRIĀNUS, m. 2. genus piscis. *Plin. 32, 11.*

THŪRĬBŬLUM, n. 2. Rauchfaß. *Cicer.* Thuribulum emere de aliquo.

THŪRĬCRĔMUS, a, um, darauf man Weyhrauch brennt. *Virg.* Aræ thuricremæ.

THŪRĬFER, a, um, das Weyhrauch tragt. *Plin.* Gentes thuriferæ.

*THŪRĬFICO, are, räuchern. Improbat *Voss. de Vit. L. L. 4, 27.*

THŪRĬLĔGUS, a, um, der Weyhrauch sammlet. *Ov.* Arabes thurilegi.

THUS, n. 3. Weyhrauch. [*Alii scribunt, Tus.*] *Stat.* Thus Eoum. *Virg.* Thus Sabæum. *Id.* Mascula thura. *Cic.* Incendere thura & odores. *Pers. Sat. 5.* Thure litare. *Horat.* Thure Deos placare. Vid. *Tabernæm. p. 1350.*

*THUSCŬLUM, n. 2. ein Bißlein Weyhrauch. *Plaut. Aulul.* Thusculum emere.

THYA, f. 1. θύα, arbor odorifera. *Plin. 14, 16.*

THYAS, f. 3. θυὰς, Sacrificula Bacchi. *Hor.* Concita Thyas tympanô pulsô.

THYITES, m. 1. θυίτης, lapis, sic dictus.

THYMALLUS, m. 2. piscis, Esch. *Ambros. lib. 5. Hexaem.*

THYMBRA, f. 1. θύμβρα, Garten-Isop. *Stat.* Olens thymbra. [Vid. *Plin. 19, 18.*] *Tabernæm. p. 745.* vocat Sebenen.

THYMĔLÆA, f. 1. θυμελαία, Zeiland / Kellerhals. *Tabernæm. p. 1485.*

THYMĔLE, f. 1. θυμέλη, i. scena. *Item*, Pulpitum in orchestra. *Martial. 1.* Spectare thymelem. Vid. *Bald. in L. V. p. 130.* & *Dempst. in Rosin. p. 879.*

THYMĔLICUS, a, um, θυμελικὸς, comœdiantisch. *Vitruv.* Scenici & thymelici. Vid. *Bald. p. 130.* & *Rittersh. in Salv. p. 207.*

THYMIĀMA, n. 3. θυμίαμα, Rauchwerck.

*THYMIAMĒTĒRIUM, n. 2. θυμιατήριον, Rauchpfannen. *Vulg. Jerem. 52, 17.*

THYMIĀNUS, a, um. *Plaut. Bacch.* Oves thymianæ.

THYMĪNUS, a, um, vom Balsamkraut. *Colum. 6, 33.* Mel thyminum.

THYMION, n. 2. ulcus. *Cels. 5, 28.*

THYMĪTES, m. 1. θυμίτης, Wein vom Balsamkraut. *Col. 12, 35.*

*THYMŌSUS, a, um, i. thymô plenus. *Plinius 11, 15.* Thymosum mel.

THYMUM, n. 2. vel, THYMUS, m. 2. θύμος, Thymian/Balsamkraut. *Plin. 21, 10.* *Mart. 5.* Hyblæis madidæ thymis, placentæ. *Virgil.*

Dul-

Dulcior thymô. *Id.* Thymô fragrantia mella. *Symm. 1.* Epistola, Atticis salibus aspersa, & thymô odora. *Sid. 8, 4.* Carmina, flores, thymumque redolentia. *Tabernamont. pag. 741.* vocat Quendel.

THYNNĀRIUS, a, um, ad thunnos spectans. *Ulp.* Thynnaria piscatio.

THYNNUS, m. 2. θύννος, ein Meerfisch. Vide, *Thunnus.*

THȲRŌMA, n. 3. θύρωμα, i. fores portarum. *Bald. in Lex. Vitruv. p. 131.*

THYRSĪGER, a, um, i. thyrsum gerens. *Sen. Tr.* India thyrsigera. *Proverb.* Thyrsigeri multi, pauci Bacchi. *Nov. T. 1. A. E. p. 566.*

THYRSUS, m. 2. θυρσὸς, ein langer Stengel. *Claud.* Pampinei thyrsi. *Ovid.* Thyrsi, fronde virentes. *Item*, ein Spieß / mit Laub bekleidet. *Hor.* Thyrsô metuendus, Liber. *Translatè*, pro *Stimulo* ponitur. *Lucr. 1.* Acri Percussit thyrsô laudis spes magna meorum Cor.

THYSSELĪUM, n. 2. Olsenich. *Tabern. p. 280.*

TIĀRA, f. 1. & TIĀRAS, m. 1. τιάρα, ein stattlicher Hut. *Juvenal. Sat. 6.* Phrygia tiara. *Virg. 7. Æn.* Sceptrum, sacerque tiaras. *Ovid. 11. Met.* Tempora purpureis velare tiaris.

*TIĀRĀTUS, a, um, der einen solchen Hut aufhat. *Sid. 8, 2.*

TĪBIA, f. 1. Schenckelbein. *Cels. Item*, eine Pfeiffen. *Cicer.* Inflare tibiis. *Sen. Tr.* Multifora buxo tibia. *Agell.* Concionatoria tibia. *Varro:* Incentiva tibia. *Aut. ad Herenn.* Nuptiales tibiæ. *Quint.* Canere tibiis. *Proverb.* Apertis tibiis loqui, i. clarè. [*Novarin. T. 2. Ad. Eccl. pag. 422.*] Tibia gingrina, Schalmey. Tibiæ dextræ, sinistræ. *P. Victor. in Var. 38, 22.*

TĪBIĀLE, n. 3. Strumpff / Hosen. *Suet. Aug. c. 82.* Tibialibus muniri.

TĪBIĀLIS, le, Adj. zum Pfeiffen dienlich. *Plin. 16, 36.* Tibialis calamus.

*TĪBIĀRIUS, m. 2. ein Pfeiffenmacher. *Gloss. G. L.* αὐλοποιός, tibiarius.

TĪBĪCEN, m. 3. ein Pfeiffer. *Cic.* Tibicen sine tibiis canere non potest. *Prov.* Ad tibicines mittere; de *cujus vita desperatur. Item*, Stützen unter der Last. *Juv. Sat. 3.* Nos urbem colimus, tenui tibicine fultam.

TĪBĪCĪNA, f. 1. eine Pfeifferin. *Horat.* Meretrix tibicina. *Plaut.* Conducere tibicinas.

*TĪBĪCĪNĀTOR, m. 3. i. qui tibiâ canit. *Gloss. G. L.* αὐλητὴς, flator, tibicinator, tibicen.

*TĪBĪCĪNIUM, n. 2. Kunst zu pfeiffen. *Apul. Flor.* In tibicinio apprimè nobiles.

*TĪBĪCĪNOR, ari, Depon. pfeiffen. *Tertullian. de Anima cap. 38.* Non ut ipse tibicinandus. *Fulg. 3. Myth.* Ordines citharizantium, aut tibicinantium.

TĪCHŎBĀTES, m. 1. τειχοβάτης, qui muros ascendit. *Vopisc. in Carino cap. 18.* Exhibuit tichobaten, qui per parietè eluso urso cucurrit.

TĪGILLUM, n. 2. ein Balck. *Catull.* Janua, suffixa tigillo. *Liv.* Transmittere per viam tigillum.

TIGNĀRIUS, m. 2. ein Zimmermann. *Cic.* Faber tignarius. *Gloss. Gr. Lat.* δοκοποιός, tignarius. *Ead.* δοκοτέκτων, tignarius.

TIGNUM, n. 2. ein Balck / Latte. *Hor.* Instravit pulpita tignis. *Vitr.* Arrectaria tigna. *Item*, Zimmerholtz. *Horat.* Torquet nunc ingens machina tignum. *Item*, Pfal / Seulen im Weinberg. *Ulp.*

*TIGRĪCUS, a, um, tigrisch. *Scribanius in Christo:* Ferocior omni Crocodilæâ tigricaque rabie.

TIGRĪFER, a, um, i. tigres ferens, vel gignens. *Sid.* Tigriferi per arva Niphatis.

TIGRIS, f. 3. τίγρις, ein Tiger. *Plin. 8, 18.* [*Casp. Schott. in Phys. Cur. 8, 75.*] *Senec. Trag.* Virgatæ tigres. *Autor Philom.* Tigrides indomitæ rancant. *Prov.* Tigride pejor. Tigridis flos, Tigerkraut. *Tabernam. p. 1008.*

TIGRĪNUS, a, um, bund wie ein Tiger. *Plin. 13, 15.* Mensæ tigrinæ.

TĪLIA, f. 1. Lindenbaum. *Virgil.* Tilia pinguis. Vid. *Tabernam. p. 1396.* & *Matth. p. 50. b.*

TĪLIĀCEUS, a, um, aus Linden. *Col.* Arculæ tiliaceæ. *Capitol. in Pio:* Tabulis tiliaceis fasciari in pectore.

*TĪLIĀRIS, re, Adj. idem. *Cal. Aurel. Tard. 4, 1.* Tiliaris tabula.

*TĪLIĒTUM, n. 2. locus, ubi crescunt tiliæ. *Taubm.* Tilieta Lipsicorum.

*TĪMĔFACTUS, a, um, i. exterritus, erschreckt. *Pacuv.* Animus, mœrore timefactus. Vid. *Pareus in L. C. p. 1240.*

Tĭmendus, a, um, der zu fürchten ist. *Ovid.* Dente timendus aper.

Tĭmens, o. 3. der sich fürchtet. *Lucret.* Mortis timens.

Tĭmeo, timui, timére, sich fürchten. *Ovid.* Timere Numinis iram. *Cic.* Timeo mihi abs te. *Terent.* Tibi malè timeo. *Plin.* Timere ægro vini noxam, daß ihm der Wein nicht schade. [Confer *Gocl. Probl. Gr. 4, 42.*] *Cic.* Timere de Republica. *Id.* Timeo, ne non impetrem. *Agell.* Timere pro anima sua. *Cic.* Timeo, ut sustineas.

*Tĭmesco, scere, sich fürchten. *Daum.*

*Tĭmĭdāmen, n. 3. Furcht. *Juvenc.*

Tĭmĭde, Adv. furchtsamlich. *Cicer.* Providendum, ne quid timidè faciamus. *Ovid.* Timidè promittere.

Tĭmĭdĭtas, f. 3. Furchtsamkeit. *Cic.* Verecundiam timiditas imitatur.

Tĭmĭdus, a, um, furchtsam. *Cicer.* Non refugiat timido sanguen? *Horat.* Pro patria non timidus mori. *Cic.* Timidus ad mortem. *Ov.* Deorum timidus. *Cic.* In labore militari timidus. *Sen.* Timidus lucis.

Tīmiŏpōla, m. 1. τιμιοπώλης, Verkauffer.

Tĭmor, m. 3. Furcht. *Cic.* Timor meus de illo. *Id.* Injicere timorem. *Lucr.* Mussare tacitô timore. *Cic.* Magno timore esse. *Lucan.* Magno timori esse alicui.

*Tĭmōrātus, a, um, gottsfürchtig. *Vulg. Luc. 2, 25.* Homo iste justus & timoratus.

*Tīna, f. 1. vas ad reponendum vinum. *Varro apud Non.* In conviviis tinas vini ponere.

Tinca, f. 1. piscis fluviatilis, ein Schleyfisch. *Auson.* Quis non & virides, vulgi solatia, tincas Nôrit? Vid. *Bruyerin. de Re Cib. 22, 12.*

Tinctĭlis, le, Adj. gefärbt. *Ov.* Nam volucri ferro tinctile virus inest.

*Tinctōrium, n. 2. ein Degen. Mens est in tinctorio. Vid. *Salm. Sol. p. 188.* *Item*, Dinten. *Prov. apud Nov. T. 1. A. E. p. 412.* In tinctorio falsitatis stilum tingere.

Tinctōrius, a, um, zum Färben. *Proverb.* Tinctoriam artem exercere, i. falsa pro veris obtrudere. *Nov. T. 1. A. E. p. 499.*

Tinctūra, f. 1. Farb. *Plin.* Adulterari tincturâ.

Tinctus, a, um, eingetaucht. *Mart.* Vestis murice tincta. *Cic.* Tunica, sanguine tincta. *Cels.* Tincta in aceto spongia. *Quint.* Verba, sensu tincta. *Cic.* Puer, elegantiâ patris tinctus. *P. Victor. in Var. Lect. 10, 18.*

Tinctus, m. 4. das Eintuncken. *Plin. 10, 48.* Croceô tinctu.

Tĭnea, f. 1. eine Schabe. *Horat.* Vestis, blattarum & tinearum epulæ. *Id.* Tineas pascere inertes. *August.* Invidia, animæ tinea. *Bernh.* Ambitio, tinea sanctitatis. *Novar. T. 2. A. E. pag. 15.* Palatii tineæ, i. adulatores. *Id. p. 593.* *Item*, Spulwürm. *Plin. 11, 33.* Tineæ tricenûm pedum. *Item*, Bienwürm. *Col. 9, 14.*

Tĭneōsus, a, um, voll Würm. *Col. 9, 14.* *Marcell. Emp. c. 6.* Tineosus capitis locus.

Tingens, m. 3. der da färbt. *Plin. 9, 38.* Tingentium officinæ.

Tingo, vel, Tinguo, tinxi, tinctum, tinguere, eintuncken/ färben. [Vid. *Lips. Orthogr. p. 149.*] *Ovid.* Tingere sanguine ferrum. *Cicer.* Tingere conchylio. *Horat.* Tinguere aliquem poculis.

Tĭniāria, f. 1. herba, Reinblümlein. *Scrib. Larg.*

Tĭniātĭca, f. 1. herba. *Marcell. Emp. c. 17.*

*Tinnīmentum, n. 2. Klang/ Hall. *Plaut. Rud.* Illud tinnimentum est auribus.

Tinnio, ire, klingen/ lauten. *Catull.* Aures tinniunt sonitu suopte. *Cic.* Expecto, quid Dolabella tinniat. *Plaut.* Canorâ voce tinnire.

*Tinnīto, are, *Parrorum* est. *Phil. Ant. apud Schott. Obs. Hum. 2, 52.* Tinnitat Parrus.

Tinnītus, m. 4. Klang. *Virgil.* Ciere tinnitus. *Sil.* Arguta cavis tinnitibus æra. *Plin.* Aurium tinnitu præsentire aliquid.

*Tinnŭleus, a, um, klingend. *Jovian. Pont.* Digitalia, & apti Verticuli fuso, & tinnuleæ volsellæ.

Tinnŭlus, a, um, klingend. *Quint.* Tinnulus & corruptus.

*Tintinnābŭlātus, a, um, der Schellen oder Glöcklein trägt. *Sid. 2, 2.* Tintinnabulati greges.

Tintinnābŭlum, n. 2. eine Schelle/ Badbecken. *Juv. Sat. 6.* Tot pariter pelves, & tintinnabula dicas Pulsari. *Plaut. Pseud.* Lanios accersere cum tintinnabulis. *Prov. apud Nov. T. 1. A. E. p. 393.* Plerique prudentes, si eorum

rum acta seriò ponderes, stultitiæ tintinnabulô non carere videntur. [De *Tintinnabulis* scripsit libellum singularem *Hier. Magius.*] *Item*, Vehiculum. Vid. *Laurenb.*

*TINTINNĀCŬLUS, m. 2. ein Peiniger / Peitscher. *Plaut. Trucul.* Ad tintinnaculos educi viros.

*TINTINNIO, ire, i. sonum acutum reddere, klingen. *Afran.* Janitoris impedimenta tintinnire audio.

*TINTĬNO, are, widerthönen. *Nav.* Molæ crepitum faciebant, tintinabant compedes.

TINTĬNŬLO, are, de *Merope. Autor Philom. apud Schott. Obs. H. 2, 52.*

TĪNUNCŬLUS, m. 2. genus accipitris, Wannenwäher. *Colum. 8, 8.* & *Plin. 10, 37. Item*, Piscis, ita dictus.

TĪPHA, f. 1. τίφη, Liesch / Moßkolben. Vid. *Tabernamont. pag. 558.*

*TĪPŬLA, f. 1. eine Wasserspinn. *Plaut. Pers.* Omnes sunt lenæ levi fide: neque levius Tipulæ pondus est, quàm fides Lenonia. *Item*, Tipulla. [*Voss. Etym. p. 522.*] *Varro:* Tipulla lymphun frigidos transit lacus.

TĪRO, m. 3. ein Lehrjung im Krieg. [*Alii* Tyro scribere solent. Vid. *Lips. Orthogr. pag. 150.*] *Cic.* Tirones milites, flos Italiæ. *Item*, ein jeder Lehrjung. *Suet. Cæs.* Tirones in ludo, scil. gladiatorio. *Cic.* Tiro usu forensi. *Id.* Tiro ac rudis in re aliqua. *Prov.* Dux esse desiderat, cùm tiro antè non fuerit. Vid. *Nov. T. 1. A. E. p. 461.*

TĪRŌCĬNIUM, n. 2. das Lernen in Lehrjahren. *Justin.* Tirocinia in castris ponere. *Id.* Deponere rudimenta tirocinii. *Cicer.* Tirociniô ætatis lapsus. Vid. *Parei L. C. p. 1241.*

*TĪRŌCĬNOR, ari, Dep. i. tironem esse. *Cathol.*

*TĪRŌNĀTUS, m. 4. i. rudimentum, Lehrzeit. *Theod. Cod. L. 7. Tit. 13.* Tempore tironatus eorum procuratores præsententur.

TĪRUNCŬLUS, m. 2. ein Lehrknab. *Plin. Epist.* Me, quanquam tirunculum, solicitavit ad emendum. Hinc, *Tiruncula*, f. 1. *Col. 7, 12.* Canis tiruncula. *Adhelm. cap. 30.* Tirunculæ Christi.

*TIS, gen. à Tu. *Plaut. in Milit.* Tis egeat.

TĪSĬPHŎNE, f. 1. Τισιφόνη, una ex Furiis.

TĪTAN, m. 3. Τιτάν, pro *Sole* aliquando sumitur. *Senec. Th.* Ardens Titan laxavit fervidum diem.

*TĪTĀNÆUS, a, um, i. ingens. *Rufus:* Titanæum profundum.

TĪTHȲMALLUS, vel, TĪTHȲMĂLUS, m. 2. τιθύμαλος, herba, Wolffsmilch. *Plin. 26, 8.* & *Tabernam. p. 987.*

TĪTII, pl. m. 2. Sacerdotes Apollinis. *Luc. 1.* Titii sodales.

*TĪTILLA, f. 1. Kitzel. *B. Mantuan. T. 4.* In leguminibus etiam luxuriosè conditis titilla carnis absconsa est.

*TĪTILLĀMEN, n. 3. idem.

*TĪTILLĀMENTUM, n. 2. Kitzlung. *Fulgent. 2. Myth.* Tantalus, cui fallax aqua gulosis labia titillamentis attingit. *Budæus:* Ganeæ opificia, palati titillamenta.

TĪTILLĀTIO, f. 3. Kitzlung. *Cicer.* Voluptatum titillatio.

*TĪTILLĀTUS, m. 4. idem. *Plin.* Titillatus alarum.

TĪTILLO, are, kützeln. [In *Titillo* prima longa. Vid. *Voss. Etym. p. 522.*] *Cicer.* Titillare sensus. *Id.* Titillari voluptate.

*TĪTILLŌSUS, a, um, kitzlicht. *Gloss. Gr. Lat.* γαργαλοτὴχων, titillosus.

*TĪTILLUS, m. 2. Kitzel. *Theodos. Cod. L. 8. Tit. 5.* Flagrum, cujus in cuspide brevis aculeus pigrescentes artus innocuô titillô poterit admonere. *Jovian. Pont.* Procax labellis Affert blanditias, movet titillos: ubi *prima* corripitur.

TĪTIO, m. 3. ein Brand. *Cels.* Extincti titiones. *Bachiarius:* Fumantem de incendio titionem citò vorax flamma comprehendit, *Prov.* quô innuitur, libidinis occasiones vitandas esse. *Nov. T. 1. A. E. p. 107.*

*TĪTĪVĪLĪTIUM, n. 2. ein nichtswehrtiges Ding. [*Alii* scribunt, *Titivillitium*] *Plaut. Cas.* Non ego illud emsitem titivilitiô. Vid. *Pincier in Parerg. 2, 30.* & *Gocl. in Probl. Gramm. 4, 7.*

TĪTŬBANTER, Adv. zaghafftig. *Cicer.* Titubanter aliquid ponere. *Aut. ad Herenn.* Titubanter & inconstanter loqui.

TĪTŬBANTIA, f. 1. Stammlung / Stolperung. *Suet. Vitell.* Oris titubantiâ propè mutus & elinguis.

TĪTŬBĀTIO, f. 3. idem. *Cic.*

TĪTŬBĀTUS, a, um, das schwanckt. *Virg. 5. Æn.*

Æn. Vestigia titubata. *Cicer.* Titubatus & offensus.

TĬTŬBO, are, schwancken. *Ovid.* Ille merô, somnoque gravis titubare videtur. *Cicer.* Titubare verbô. *Id.* Linguâ titubante aliquid facere.

*TĬTŬLO, are, i. significare, ornare. *Tert. de Anim. c. 13.* Animæ nomine totius hominis mentio titulata est. Vid. *Stephan. in Sax. p. 3.*

TĬTŬLUS, m. 2. Titel / Uberschrifft. *Sil.* Titulis decorare sepulcrum. [Vid. *Parei Lex. Cr. p. 1242.*] *Item,* Laus, Lob / Ehr. *Liv.* Victoriæ titulum appetere. *Cic.* Sustinere titulum consulatus. *Ov.* Magnificus titulis. *Item,* Prætextus. *Paul. JCt.* Excusare se velle aliquô titulô. *Salm.* Sub titulum ire, i. venalem esse. Vid. *Salm. de Modo Usur. p. 663.*

TMĒSIS, f. 3. τμῆσις, Sectio, Figura *Gramm.*

*TŎCULLIO, m. 3. ein Wucherer. *Cicer. ad Att.* Neque te in tocullionibus habebam.

*TŎDILLUS, a, um, i. tenuis, gracilis. *Plaut.* Todilla cruscula.

TŌFUS, m. 2. Tofffstein. Vide, *Tophus.*

ĔLĬQUĬDO, are, austrucknen. *Scriban. in Prod.* Ubi arenæ satæ, paludes eliquidatæ.

ĔLĪTĬGĀTUS, a, um, i. extra litem & controversiam positus. Vid. *Bignonius in Marculf. pag. 504.*

ĔLŪCĬDĀTUS, a, um, erklärt. *Aimoin. Floriac. de Vita S. Abbonis c. 7.* Nempe post elucidatos, ut prælibavimus, dialecticos syllogismos. Utitur etiam *Barth. in Adv. 19, 13.*

ĔLUSCĀTUS, a, um, erblindet. *Bebel. in Tr. Vener.* Eluscatum diro se fulminis ictu Nunciat.

ĔLUTRIX, f. 3. Auswascherin. *Scriban. in Philosopho*: Elutrix sordium.

ĔLŬVIĒCŬLA, f. 1. parva eluvies. *J. B. Porta 2, 28.* Quadam eluvieculâ operari.

ĒMĀNANTIA, f. 1. Ausfluss. *Arnob.*

ĒMANGŌNIZO, are, i. ornare, polire. *Naudaus in Epist.*

EMBŎLISMUS, m. 2. ἐμβολισμός, i. additamentum, intercalatio. *P. Bles. Serm. 43.*

EMBŎTON, n. 2. *Roland. in Rat. Meth.* Super quod embotum inversatum ponas.

EMBRŎCA, f. 1. ἐμβροχή, instillatio decocti ex alto per vas exigui foraminis supra læsam partem. *Gariop. 4, 3.* Embrocæ, i. infusiones, unguenta. *Id. 8. Præfat.* Fomentationibus & embrocis curare.

EMBRŎCO, are, i. embrocâ curare. *Gariop. 6, 25.* Media ejus viscera embrocabis & cataplasmabis. *Id. 6, 29.* Præcordia cataplasmentur & embrocentur. *Idem 8, 1.* Frigidis caput embrocare.

EMBRYŎTŎMIA, f. 1. ἐμβρυοτομία, i. embryisectio. *Autor Gynæc.* Embryotomiam adhibere.

EMBRYULCIA, pl. n. 2. ἐμβρυουλκία, idem. *Autor Harm. Gynæc. part. 1.* Embryulcia vel embryotomiam adhibere.

EMBRYULCUS, m. 2. ἐμβρυουλκός, hamus, embryum ex utero trahens. *Id. loc. cit.* Apprehendere curvedinem embryulci.

ĒMENTŬLĀTUS, a, um, i. castratus, ausgeschnitten. *VVestmonast.* Ementulatum carceri condemnare.

ĒMIGRĀNEA, f. 1. ἡμικρανία, passio capitis ita dicta. *Const. Afer 1, 11.* Vid. *Voss. de Vitiis L. L. 3, 11.*

ĒMĬNENTIĀLIS, le, Adj. i. ad eminentiam pertinens. *Athan. Kirch. in Mund. Subt.* Ignis eminentialis & virtualis.

ĒMINGO, ere, ausbrunzen. *Gariop. 5, 5.* Emingere sanguinem.

ĒMISSĬBĬLIS, le, Adj. qui emitti potest. *Vetus Interp. Irenai 2, 15.* Ex quo emissibilis emittitur.

ĒMISSĪVUS, a, um, idem. *Athanas. Kircher. in Mund. Subt.* Emissivi lacus.

ĒMŎDĬCUS, a, um, i. nimius. *Macer*: In lini panno si circumcincta geratur, Inguinis emodicum fertur cohibere tumorem. Vid. *Barth. Adv. 12, 20.*

ĒMOLLĬDUS, a, um, i. mollis. *Franc. Benadus*: Depectant veteres emollida corpora nexus.

ĒMOLLIS, le, Adject. idem. *Avien.* Hi celeri emolles currunt pede semper arenas. Vid. *Barth. Adv. 28, 16.*

EMPHRACTĬCUS, a, um, ἐμφρακτικός, obstruendi vi præditus. *Gariop. 2, 55.* Emphractica dare.

EMTŪRA, f. 1. Kauff. *Reines. in Epist. MS.* Ea ne habeantur à me sine emtura, en Joachimicum!

ĒMULCEO, ēre, i. mulcere. *Fiera*: Alba (vina) coles: meliùs reseratis postibus intrant Corpora & emulcent: sunt nigra sicca magis.

ĒMULCTUS, a, um, ausgemelckt. *Const. Afer 7, 14.* Lac statim emulctum.

ĒMUNCTOR, m. 3. Ausschneutzer. *M. Paris*: Multiformis emunctor pecuniarum.

ĒMŪNI-

Emŭnĭtas, f. 3. i. immunitas. *Chron. Lauterb.* Ambitum emunitatis claustri murô amplexus est. Vid. *Bignon. in Marculf. p. 438.*

Emŭtĭlo, are, zerstümmlen. *Robertus 1. Hist. Hierosol.* Regnum Græcorum à Turcis emutilatum est.

Encœniātus, a, um, qui nitidis vestibus delectatur. *P. Dam. Epist. de C. S. c. 15.* Encœniati nonnulli.

Encolpizo, are, ἐγκολπίζω, i. in sinum infundo. *Oct. Hor. 4.* Diffumigatur mulier de storace & encolpizatur pigmentis.

Endŏfesto, are, i. infestare.

Ĕnector, m. 3. Umbringer. *Jov. Pont. de Prud.* Sui generis enector.

Ĕnervĭter, Adverb. schwächlich. *Evanthius*: Cœlestia jussa audire enerviter perhorrescunt. Vid. *Barth. Adv. 13, 17.*

Ĕnĭveus, a, um, weiß/wie Schnee. *Manil.* Eniveum rubrô vultum suffusa Pyropô. Vid. *Barth. Adv. 8, 8.*

Ĕnormāte, Adv. i. convenienter normæ. *Isidor.*

Ĕnucleātim, Adverb. i. apertè, clarè. *Baldericus 4, 17.*

Ĕpigrăpho, are, eine Uberschrifft machen. *P. Lang. in Chr. Citiz.* Ineptiæ indoctè epigraphantium.

Ĕpithĭma, n. 3. ἐπίθημα, medicamentum foris adhibitum, Hertz- oder Puls-Säcklein. *Guainerius Med.* Partes femorales epithimate epithimare.

Ĕpŭlo, are, idem, quod *Epulor, ari. Greg. Turon. 5. Hist.* Dignanter acceptis epulavit eum eis.

Ĕpŭlōtĭcus, a, um, ἐπουλωτικὸς, cicatricem inducens, narbenmachend. *Gariop. 5, 44.* Epuloticis curare medicaminibus, quæ citò hæc talia cicatrizant & sanant.

Ĕpūro, are, reinigen. *Fiera in Cœna*: Mulcent corpora, & epurant aëra pestiferum; de *Malis Medicis.*

Ĕquĭtātūra, f. 1. i. equi, quibus utimur in itinere. *Sarisb. Epist. 285.* Equitaturas & expensas præparare.

Ĕrădio, are, bestralen. *Monin. D. 7. Beres.* Vos vafra putatur Eradiare fides.

Ĕrĕbĭcus, a, um, höllisch. *Daum. in 4. Millen. inedito*: Fugite regimina sacra Themidos, agite, vafri: Nemesis erebica trucia flagra vibrat.

Ĕrĕbĭfrĕmus, a, um, i. instar Erebi fremēs. *Daum. loc. cit.* Scelericupide mala peragere, moneo, cave: Furit erebifrema Dea, flagraque quatit.

Ĕrēmītĭcus, a, um, einsiedlerisch. *Jac. à Vitriaco*: Eremiticam vitam agere.

Ĕrēmītōrium, n. 2. ein einsamer Ort. *Alb. Stad.* Fratrum Minorum eremitorium.

Ĕrĕmitto, ere, i. contramittere. *Raimundus de Agiles.*

Ĕrēmōsus, a, um, voll Einöden. *Vet. Interp. Barnaba*: Eremosa petra. Ita *Reines.*

Ĕrīcōsus, a, um, i. fruticibus plenus. *Ath. Kirch. in Mund. Subt.* Planities petrosa & ericosa.

Errănter, Adv. irrig. *P. Lang. in Chron. Citiz.* Ut nonnulli scribunt erranter.

Ērŭdīmentum, n. 2. doctrina, institutio. *Vet. Interpr. Irenæi 2, 80.* Opus esse sensibilibus erudimentis. *Turocius*: Ignitis forcipibus vexatus, expôst quadripartitus, & civitatis portis particulatim futurorum erudimentô pro terribili appensus.

Ērūgis, ge, Adj. i. rugis carens. *Reines. in Apolog. p. 68.*

Ēruptīvus, a, um, i. erumpens. *Gariop. 2, 47.* Cibos eruptivos expurgare.

Ērupto, are, ausbrechen. *Jov. Pont.* Turbatos putei eruptant super ostia fontes.

Escārium, n. 2. i. esca hamô inclusa. *Horat. Massil. in Vita Hilarii*: Voluptas ætates lubricô & illecebrosô humanæ fragilitatis escariô solet parvâ delectatione decipere.

Escărōsus, a, um, russicht. *Guainerius Med.* Escarosum ulcus.

Escŭla, f. 1. i. esca parva. *Monin.*

Escŭlus, a, um, i. esculentus. *Monin.*

Ēsĭbĭlis, le, Adj. essich. *Hugo de S. Vict.* Ficus non esibiles.

Esseĭtas, f. 3. Wesenheit. *Erasm.* De Quidditatibus & Esseitatibus disputare.

Ĕtymŏlŏgizo, are, ἐτυμολογίζω, etymologisiren. *M. Paris*: Mulier, quasi molliens herum, i. enervans, etymologizatur.

Ēvădo, are, durchwaten. *Balder. 1.* Fluvius, evadatus, vel potiùs enatatus.

Ēvăpōrābĭlis, le, Adject. facilè evaporans. *Guainerius Med.* Evaporabilis potus.

EVARIO, are, i. variare. *Monin.*

EVELLATIO, f. 3. i. evulsio, das Ausrauffen. *Ganterius*: Evellatio barbæ & crinium.

EVENENO, are. *Scriban. in Antv.* Evenenare omnem venenantis linguæ sibilum.

EVENTATIO, f. 3. Erlüftung. *Gariop. 2, 28.* Per anum eventatio assiduè fiat.

EVENTITIUS, a, um, i. ad eventum pertinens. *Jov. Pont. in Moral.* Eventitiæ causæ.

EVENTO, are, i. ventos vel inflationes emittere. *Gariop. 7, 5.* Ut magis vena eorum eventet, quamplurimum sanguinem educat.

EVENTUALIS, le, Adj. i. ad eventum pertinens. *M. Paris*: Perire morbô eventuali.

EVINCLO, are, idem, quod *Evinculare.* *Henr. Aquilonip. in Adolfeid.* Rex evinclatus pro sexaginta talentis Millibus.

EVINDICATORIUS, a, um, i. ad evindicandum pertinens. *Chron. Lauresh.* Accipere ab aliquo chartam evindicatoriam.

EVINDICATUS, a, um, erlöst. *Chron. Lauresh.* Evindicatum habere & elitigatum.

EVIVO, ere, leben. *Luitpr. 1, 2.* Emori ei satis esse tunc dixit, quàm evivere.

EVOMITO, are, ausgocken. *Monin. D. 1. Beres.* Evomitare in aliquem aliquid.

EUSTOMACHUS, a, um, εὐστόμαχος, i. ventriculo conducens. *Theod. Prisc. de Diæt. c. 7.* Ovum molle plus est eustomachum, quàm sorbile.

EVULGATOR, m. 3. Ausschwätzer. *Scriban. in Med. Relig.* Evulgator secretorum.

EXACUATUS, a, um, i. acutus factus. *Monin. D. 6. Beres.* Denticulata acubus, quæque exacuata resurgunt.

EXAGELLIUM, n. 2. i. trutina parva. *Ennod. Ticin. in Vita S. Epiph. cap. 13.* translatè usus est: Affabilis & quasi exagellium relinquens, i. exemplum, quod grati animi ergò, doni locô, relinqueret. Vid. *Voss. de Vit. L. L. 3, 11.*

EXAGGERATIM, Adv. i. cumulatim. *Brevil.*

EXALBEO, ére, weiß werden. *Balder. 4, 6.* Exalbuerant fruges.

EXALTANTER, Adv. in der Höh. *Eckeh.* Equus exaltanter eum gestans in postem adegit.

EXANGYSIS, f. 3. i. vadimonium. *Jul. Africanus in Vers. Abdiæ*: Quid igitur jam vobis pro exangysi relinquam?

EXANTIATOR, m. 3. ein Ausschöpfer. *Jov. Pont. 4. de Serm.* Exantlatores maximorum bellorum.

EXARCTO, are, umfangen / zusammendrucken. *Monin. D. 2. Beres.* Corpus, cuncta quod immensis ulnis exarctat.

EXARESCENTIA, f. 1. Ausdorrung. *Jovian. Pont. in Moral.* Humidum à calore & exarescentia tueri.

EXARTICULO, are, i. luxare, verrencken. *Autor Harm. Gynæc. part. 1.* In ipso conatu exarticulare manum infans poterit.

EXAUGUSTUS, m. 2. i. ab imperio depositus. *Sarisb. 218.* Fridericus exaugustus.

EXCACHINNO, are, auslachen. *Jov. Pont. in Dial.* Me condemnari, atque, ut ita dixerim, excachinnari sentio.

EXCACO, are, vollscheissen. *Rich. Bartholin. in Hodæp.* Florem sustulit, locumque probè excacavit.

EXCANONICO, are, i. canonicatu privare. *P. Blesens. Epist. 21.*

EXCARMINATIVUS, a, um, i. discutiens. *Guainerius Med.* Clysteria, excarminativa ventositatis.

EXCARNATUS, a, um, mager / dürr. *Id.* Raræ texturæ & excarnatus stomachus.

EXCAUDATUS, a, um, dem der Schwantz mangelt. *Theobald. in Vita S. Guil.* Tolerabilius est, acephalum, quàm excaudatum animal, immolari.

EXCETRICIDA, c. 1. Hydræ interfector. *Jos. Scalig. in Hymn.* Soriculate pater, Vaticane, excetricida.

EXCIDIALIS, le, Adj. i. excidium ferens. *Egesip. 5, 42.* Dies, templo excidialis.

EXCIDIOSUS, a, um, i. excidiô plenus.

EXCINERO, are, einäschern. *Arnold. Lubec. 2, 33.* Ecclesia exusta est, & multitudo clericorum, quæ quasi in asylo se illic receperat, cum ipsis locis sanctis excinerata est.

EXCISOR, m. 3. Verwüster. *Jov. Pont.* Victor apri, Excisorque hydræ. *Egesip. 5, 11.* Aries, excisor urbium.

EXCITAMENTUM, n. 2. Aufmunterung. *Scriban. in Super. Relig.* Nullum jacentibus ab iis excitamentum.

EXCI-

EXCITANTER, Adv. beweglich. *Jov. Pont. in Moral.* Excitanter movere.

EXCITATORIUS, a, um, idem. *M. Pa*[illegible] Verbis excitatoriis suos animare ad pugnam.

EXCOLENS, o. 3. *Caßian.* Excolentiores cibi. *Cathol.*

EXCORTICATUS, a, um, außgeschehlt. *Roland.* 3, 32. Faba excorticata.

EXCRESCENTIA, f. 1. übermässige Zunehmung. *Torsell.* Excrescentia Nili. *Item*, Beul/Wildfleisch. *Ath. Kirch. in Mund. Subt.* Excrescentia carnis.

EXCRETRIX, f. 3. i. purgans, egerens. *Ath. Kirch. loc. cit.* Excretrix facultas.

EXCUCULLATUS, a, um, i. cucullò viduatus. *Ang. Gaz.* Excucullatus brevi. *Masen.* Excucullatus Thraso.

EXCURO, are, i. solicitè curare. *Vincens. Lirinens.* Philologiæ dogmata successu temporis excurarentur.

EXCURTO, are, i. curtare, kürtzen. *Fulcher. Carnot.*

EXDUX, m. 3. i. ducatu spoliatus. *Abb. Ursp.* Henricus Exdux.

EXEMPLARITER, Adv. exemplarischer Weis. *H. Harphius* 1, 13. Est etiam amor exemplariter.

EXERCITALIS, le, Adj. i. ad exercitum pertinens. *Carolus Calv.* Exercitale iter.

EXERCITULUS, m. 2. i. parvus exercitus. *Fulch. Carnot.*

EXERUBESCO, scere, schamrot werden. *Scribanius in Philosopho*: Ut demitescere, discat exerubescere.

EXFABRICO, are, machen/zurüsten. *Gunth. Ligurin.* 10. Bellica solicitò raptim tormenta labore Exfabricant.

EXFASCINO, are, i. à fascino liberare. *J. B. Porta* 2, 28. Exfascinare aliquem.

EXFEBRUO, are, i. expurgare. *Papias.*

EXFUTURUS, a, um, der nicht mehr seyn wird. *Reines. in quadam. Epist.* N. professor exfuturus est, i. esse desinet.

EXGALERITUS, a, um, i. galerò privatus. *Angel. Gaz.* Expalliatus sæpè & exgaleritus.

EXGLABRO, are, kahl machen. *Joh. Calceat.* 1. *de Paß.* Nec satiatus adhuc, mentum exglabrat, atque capillos Vellicat.

EXGRANULO, are, außkörnen. *Jov. Pont. in Dial.* De cumulo vel granulum exgranulare.

EXHABITO, are, aufhören zu bewohnen. *Torsell.* Magnam partem terræ exhabitare & relinquere coguntur.

EXHÆREDATOR, m. 3. Enterber. *Gothofr. Monach. in Chron.* Exhæredator fratruelium suorum.

EXHÆREO, ère, i. hærere. *Monin. D. 6. Beres.* Bellua constitit exhærens.

EXHALATRIX, f. 3. Außhaucherin. *Ath. Kirch. in Mund. Subt.* Pernitiosi spiritus exhalatrix.

EXHALITUS, m. 4. Du[illegible]/Dampff. *Monin. D. 2. Beres.* Calidusque exhalitus exit.

EXHISCO, scere, sich aufthun. *Monin. D. 4. Beres.* Varias quin culmen in horas Æthereum exhiscat.

EXHOMINO, are, i. ex cœtu hominum ejicere. *Alan.*

EXHOMOLOGESIS, f. 3. ἐξομολόγησις, Beicht/Bekentniß. *Angel. Gazæus*: Exhomologesi publicâ depromere.

EXHORRIBILIS, le, Adj. schrecklich. *Matth. Paris*: Paratum exhorribile patibulum.

EXIGENTIA, f. 1. i. exactio. *Prudent. Junior in Maria*: Cùm pro temporis exigentia sermonem de Dominicæ passionis Sacramento facerem. [Vid. *Barth. Adv.* 44, 9.] *Torsell.* Secundùm necessitatis exigentiam providere.

EXIMPERATOR, m. 3. i. ab imperio depositus. *Abb. Ursp.* Henricus eximperator.

EXINCEPS, Adv. von nunan/hernach. *Masen. in Dram.* Quicquid exinceps tibi restat ferendum, socius attollam malum.

EXITITIUS, a, um, herausgehend. *Ath. Kirch. in Mund. Subt.* Exititiæ montis partes.

EXMERO, are, i. purum putum præstare. *Carol. Calv.* Exmerare argentum.

EXNEMORO, are, i. è silva tollere, abhauen. *Torsell.* Cum securibus exnemorare arborem.

EXNIHILO, are, zunicht machen. *Anonym. de Laud. Caroli Burg.* Amor patriæ timorem in vobis exnihilat.

EXOLIDUS, a, um, stinckend. *Guibertus* 7, 5. Aquæ, ex recentium tergorum humore exolidæ.

EXONERATORIUS, a, um, i. ad exonerandum pertinens. *Ath. Kirch. in Mund. Subt.* Exoneratoria naturæ ostia.

EXOPPILO, are. *Const. Afer* 1, 22. Quoad natura vires cerebri ex illo humore exoppilaverit.

EXORBITANTIA, f. 1. Exceß. *VVess. Gansf.* Magnam continere exorbitantiam.

EXORDIALIS, le, Adj. zum Eingang gehörig. *Id.* Exordialis docilitas.

EXORDINATUS, a, um, aus der Ordnung. *Balder.* 3. Præcipites insequebantur, & ob id exordinati.

EXORTIVUM, n. 2. i. incentivum. *Luitpr.* 2, 13. Marozia duas habuit natas, sibi non solùm coæquales, verùm etiam Veneris exortivo promptiores.

EXPATRIARCHA, m. 1. i. à Patriarchatu depositus. *Berthold. Presb.* Aquilegiensis Expatriarcha.

EXPAVESCENTIA, f. 1. Schrecken. *Vetus Interp. Irenæi* 1, 1. De expavescentia & aporia elementa facta esse.

EXPAVITO, are, erschrecken. *Joh. Calceatus* 1. *de Pass.* Discipuli interea visô discrimine, lapsis Viribus expavitant.

EXPEDO, pedere, ausfartzen. *Jovian. Pontan. in Dialog.* Explosô intestinô animam expedere.

EXPENDIUM, n. 2. Ausgab. *Anonym. Hist. Palæst.*

EXPENSE, Adv. i. benè, vehementer. *Th. Prisc. de Diæt. c.* 15. Cœliacos expensè desiccant.

EXPERGEFACTORIUS, a, um, zum Aufwecken dienlich. *Lans.* Expergefactoriæ machinulæ.

EXPERIENTER, Adv. i. peritè. *Jovian. Pont.* Experienter agere cum aliquo.

EXPERIMENTALIS, le, Adj. probirt/versucht. *Henr. Harphius* 1, 17. Illuminat mentes hominum experimentali cognitione Christiformium virtutum. *M. Paris:* Experimentalia documenta.

EXPERTOR, m. 3. Erfahrer. *Saxo Gramm. Præf. Fin.*

EXPLICITO, are, ausbreiten. *Jov. Pont.* Tum caudam explicitans.

EXPLUMO, are, berupffen. *Alciat. Embl.* 115. Has Musæ explumant, has & illudit Ulysses. *P. Lang. in Chr. Citiz.* Insatiabili modô explumare pauperes.

EXPOPULATUS, a, um, beraubt. *Henr. Aquilonip. in Lubec.* Ecclesia expopulata.

EXPOST, Adv. i. deinde. *P. Lang. in Chr. Citiz.* Ernestus expost patri successit in ducatu.

EXPRÆDO, are, plündern. *Cranz. Vand.* 9, 36. Aggressi mercatorum naves, quas deprehenderant, capiunt, expoliant, aut, si minùs, exprædant.

EXPROCOR, ari, Dep. i. petendô obtinere. *Terræus Hebius:* Ab homine exprocatus sum, ut per medios me traduceret.

EXPULLULO, are, hervorsprossen. *Joh. Bapt. Porta* 1, 14. Unde secretorum operationes expullulant.

EXPULSIVUS, a, um, i. expellens. *Cass. Afer* 7, 1. Virtus digestiva vel expulsiva.

EXRAMATUS, a, um, i. ramis viduatus. *Scriban. in Philosopho:* Exramata pomœria, defoliata nemora.

EXSANGUINO, are, blutlos machen. *P. Blesens. Serm.* 30. Exsanguinari curis, i. consumi.

EXSARMENTO, are, i. à sarmentis purgare. *Cornarius Med.* Vites exsarmentatæ quiescunt.

EXSCRUTOR, ari, Dep. durchforschen. *Barth.* Omnis generis scriptores exscrutari.

EXSECRAMEN, n. 3. Fluch. *Jovian. Pontan. in Moral.* Quid hoc scelere sceleratius, aut exsecramine exsecrabilius?

EXSECRAMENTUM, n. 2. idem. *Gaibertus* 1, 11.

EXSECRO, are, entheiligen. *Arnold. Lubec.* 2, 22. Ecclesiæ, quas ille non consecraverat, sed magis exsecraverat.

EXSENSIS, sense, Adject. i. extra sensum. *Cathol.*

EXSEQUENTER, Adv. i. plenè, ad satiem. *Marius Victorinus* 4. *contra Arium:* Hæc quidem nos aliis libris exsequenter plenéque tradidimus. Vid. *Barth. Adv.* 42, 9.

EXSOLENS, o. 3. i. solitum usum abdicens. *Tertull. de Cult. Fœm. c.* 9. Animalibus exsolentes.

EXTENSIBILIS, le, Adj. das sich dehnen läßt. *Ath. Kirch.* Metalla, extensibilia malleô.

EXTENUATORIUS, a, um, i. ad extenuandum aptus. *Priscian. de Diæt. cap.* 10. Origanum & siccatorium & extenuatorium.

EXTERO, are, i. exorbitare. *Scriban. in Med. Relig.* Exterare ab officio.

EXTERSŌRIUS, a, um, das trocknet oder abwischt. *Cornarius Med.* Beta extersoriæ facultatis existens.

EXTINCTĪVUS, a, um, austilgend. *Const. Afer 6, 18.* Diæta, caloris extinctiva.

EXTIRPĀTOR, m. 3. Ausreuter. *Barth. Solil.* Extirpator mortis.

EXTORTĪTIUS, a, um, abgedrungen. *Guibertus 2, 16.* Detulit ei Imperator reverentiam, sed minis extortitiam.

EXTRĂCŎLA, c. 1. i. foris versans. *Isidor. in Gloss.*

EXTRĀNEĀTUS, a, um, i. extraneus factus. *Guainerius Med.* A natura sua totaliter extraneatus.

EXTRĀVĀSĀTUS, a, um, i. extra vasa existens. *Athan. Kircher. in Mundo Subt.* Extravasatus sanguis.

EXTRĒMĀLĬTER, Adv. aufs äusserst. *Guainerius Med.* Extremaliter repugnare.

EXTRŎVERTO, vertere, herauskehren. *P. Leydens. 2, 56.* Ut seipsum utiliter extrovertat ad relevandam naturam.

EXTŬMŬLO, are, ausgraben. *Abb. Ursp.* Fecit illud extumulatum Spiram deferri.

EXŪBER, o. 3. i. ab ubere extractus. *Cath.* Exuberes infantes.

EXŪBĔRANTER, Adv. überflüssiglich. *Angel. Gaz.* Aurum exuberanter in manus alicujus impluere.

EXŪBĔRĀTIO, f. 3. Uberfluss. *Oct. Hor. 4.* Fellis exuberationem in se suscipere.

EXUNGLO, are, i. ungulis privare. *Manil. 4.* Exunglare tigres, rabiemque auferre Leoni. Vid. *Alard. Epiph. 2, 2.*

F.

FABRĔFACTO, are, schmieden. *Monin. D. 4. Beres.* Cœlivagi dum vox fabrefactans femina mundo.

FABRĬCĬNIUM, n. 2. i. res fabrè facta. *Carol. Calv.* Fabricinium ex auro vel argento.

FABRĪNA, f. 1. eine Schmitte. *Gemma Gemm.*

FABŬLĀMENTUM, n. 2. Fabel / Gedicht. *Rich. Bartholin. in Hodœp.* Mira de eo fabulamenta narrantur.

FĀBŬLĀTŌRIUS, a, um, i. fabulis plenus, fabelhafftig. *Cathol.*

FĀCELLA, f. 1. i. facula. *Monin. D. 2. Beres.* Superi ignes, reliquæque facellæ.

FĀCĒTŬLUS, a, um, etwas possirlich. *Monin.* Facetula vulpes.

FĀCIĀLIS, le, Adj. i. intuitivus. *P. Lang. in Chron. Citiz.* Divinam essentiam videre visione faciali.

FĀCĬLĬTO, are, i. facilem reddere. *Guainerius Med.* Facilitare partum.

FĀCĬTERGIUM, n. 2. gausape ad tergendam faciem. *Cath.* Vid. *Voss. de Vit. L. L. 3, 12.*

FACTĬBĬLIS, le, Adj. thulich. *Jacobus à Paradiso:* Sermo vivax & efficax exemplum est operis, faciens facilè suadibile, quod dicitur, dum monstrat factibile.

FACTO, are, i. frequenter facere. *Cath.*

FÆCĀLIS, le, Adj. hefig / voll Hefen. *Guainerius Med.* Fæcalis sanguis.

FÆCĬNĀCEUS, a, um, i. ad fæces pertinens. *Buxt. in Lex. Talm. p. 2454.* Saccus fæcinaceus emittit vinum & retinet fæces; de *Memoria vitiosa.*

FÆCŬLUS, a, um, i. fæculentus. *Monin. D. 6. Beres.* Nasus, quô fæculus effluit humor.

FĀLANTUM, n. 2. i. cœlum, apud *Thuscos.*

FALCĀTOR, m. 3. i. falcifer. *Tarocius:* Falcatores & furcantes coadunare.

FALLĀCIUM, n. 2. i. ludibrium. *Anonym. Hist. Palæst.*

FĀMĒBUNDUS, a, um, sehr hungerig. *Monin. D. 3. Beres.* Hæc ubi nempe caper famebundo immiserit ori. *Id. D. 7.* Famebundô ventre magistri.

FĀMĬDĬCUS, m. 2. Spion / Mährleintrager. *Eckeh.* Interrogavit, ubi tamdiu suus moraretur famidicus. Sic enim hominem nominare solitus est, nova semper aliqua sibi clam apportantem.

FĀMIS, f. 3. idem, quod *Fames*, Hunger. *Prud. Psych.* Spoliatque suos famis improba natos. Vid. *Barth. Adv. 41, 3. & 51, 9.*

FĀMO, are, i. famam seminare. *P. Lang. in Chron. Citiz.* Clemens famabatur cum quadam comitissa

mitissa contubernium habere. *WVeff. Gansf.* Unum est, quod maximè de se credi famariq́ue voluit, hominum amatorem esse Deum, ut Filium suum traderet pro mundo.

FĂNĬCŎLA, c. 1. i. templi studiosus. *Joh. Calciat. 4. de Pass.* Fanicolæ Proceres.

FĂRĪNĀRIUM, n. 2. i. pistrinum. Vid. *Bignon. in Marculf. p. 476.*

FĂRĪNESCO, scere, zu Meel werden. *Monin. D. 4. Beresf.* Quæ dente teruntur, Grana farinescunt cupido gratissima ventri.

FARSŪRA, f. 1. i. fartura. *P. Blesf. Ep. 86.* Farsura Psalmorum.

FASCIĀTIO, f. 3. Wicklung mit Binden. *Eros in Gynac. cap. 18.* A solita fasciatione abstinere.

FASCĬNĀBŬLUM, n. 2. maleficium. *Tiro in Notis.*

FASCĬNĀTIM, Adv. i. fascinandô. *M. Paris:* Fascinatim aliquem intueri.

FASTĪDIO, are, i. fastidiô affici. *Gariop. 2, 33.* Quia in ægritudine fastidiaverint. *Item*, Fastidior, ari, Dep. idem. *Gariop. 3, 13.* Exardescit illis venter, & fastidiantur. *Id. 5, 22.* Colorem habent pallidum, fastidiantur.

FASTĪGIŌSUS, a, um, i. altus, hoch. *Joh. B. Porta 4, 9.* Fastigiosum aliquem & erectum spectare.

FĀTĀLĬTAS, f. 3. Sterblichkeit. *P. Blesf. Ep. 2.* Fatalitatis ordo.

FĂTĪGĀBĪLIS, le, Adject. der leicht müd wird. *Baldericus 4, 11.*

FĂTĪGIUM, n. 2. i. fatigatio. *Helmold. 1, 25.* Susceperat pro eo prælium, multoque expeditionum fatigiô restituerat eum in locum suum. *Idem 1, 74.* Nolite spiritum meum, de peregrinationis fatigio ad Patriam tendentem, ejusmodi verbis affligere.

FĂTUS, m. 4. i. sermo. *Paulin. ad Nicet.* Ad tuos fatus Scytha mitigatur, Et qui discors fera, te magistrô, Pectora ponit. Vid. *Barth. Adv. 17, 34.*

FĂVĒTUM, n. 2. Honigseim. *Monin. D. 5. Beresf.* Perpetuum vestrô desudet manna sepulcrô, Sudet Hymettéum semper semperq́; favetum!

FĂVILLO, are, i. accendere, in favillas redigere. *Turoc.* Mulier æstuans & oculis favillans.

FAUNEUS, a, um, den Waldgöttern gehörig. *Monin.* Faunea domus. *Id.* Faunea vireta.

FAUNĬCŎLA, c. 1. i. Faunum colens. *Monin. D. 6. Beresf.* Faunicola pecus.

FĂVŌRO, are, i. favere. *Torsellus:* Divinâ gratiâ favorante.

FAUSTĬTŪDO, f. 3. i. felicitas. *Cath.*

FELLĬCŬLUM, n. 2. eine kleine Gall. *Const. Afr 2, 6.* Collyria de felliculis facta. Omne autem fellículum terreum sive aëreum ad hoc bonum est.

FELLĪNEUS, a, um, gallicht / voll Gall. *Gariop. 5, 13.* Corpus fellineum.

FĔMŎRĀLIS, le, Adject. i. ad femora pertinens. *Guainerius Med.* Partes femorales.

FĔRĀLĬTAS, f. 3. i. lethalitas. *Guibert.* Feralitas auratum.

FERCŬLĀRIS, re, Adj. i. ferculis inserviens. *M. Paris:* Vasa tàm vinaria, quàm fercularia, ex auro & argento fabricata.

FĔRIĀLIS, le, Adj. i. ad feriendum aptus. *Fr. Bonadus:* Visne potestatis ferialia tela cavere? Hoc age, quod sanctum laus tibi blanda probet. *Item*, feyerlich. *Gemma Gemm.*

FERMENTŌSUS, a, um, i. fermento plenus. *Od. Horat. 4.* Fermentosam sumere qualitatem.

FERRĀTOR, m. 3. Hufschmied. *Jac. à Paradis.* Ferratores equorum.

FERRĀTŪRA, f. 1. Hufeisen. *Appendix l. 11. Hist. Greg. Tur.* Equus cum ferratura.

FERRITRĀHUS, a, um, i. ferrum trahens. *Monin. D. 4. Beresf.* Ferritrahi Magnetis robora miror.

FERRĬVŎRUS, a, um, i. ferrum vorans. *Monin. D. 5. Beresf.* Ferrivora volucris, i. *Struthio.*

FĔRŬLĀTUS, a, um, i. ferulâ armatus. *J. Scal. in Hymn.* Et matrem Brumi lætabilis & ferulati.

FĔRŬLĒTUM, n. 2. i. locus, ubi crescunt ferulæ. *Brevil.*

FESSĬTŪDO, f. 3. Müdigkeit. *Gemma Gemm.*

FESSŬLUS, a, um, etwas müd. *Angel. Gell.*

FESTĪNĀLĬTER, Adv. eilends. *M. Paris:* Festinaliter ei venit obviam.

FESTĪNANTIA, f. 1. Eilung. *S. Bernh. in Vita Malach. Hibern.*

FESTI-

FESTIVO, are, feyern. *Matth. Vindocinens.* apud *Barth. in Adv. 31, 16.* Es Solis radius, quô festivatur alumno Vindocinum.

FIBULAMENTUM, n. 2. Hafft. *Rich. Bartholin. in Hodœp.* Vestium fibulamenta.

FICTIM, Adv. erdichter Weis. *Saxo Gramm. 5, 27.*

FIGELTA, pl. n. 2. φύγετλα, i. tumores partium glandulosarum, à sanguine bilioso excitati. *Gariop. 51, 31.* Vid. *Reines. Var. Lect. 3, 12.*

FIGMENTATUS, a, um, i. fictus. *Brevil.*

FIGMENTO, are, i. fingere. *Brevil.*

FIGULARIUS, a, um, i. figularis. *J. B. Porta 3, 1.* Figularia creta.

FILIATIO, f. 3. Annehmung an Kindsstatt. *H. Harph. 1, 5.* Adoptionis filiatio.

FILTRINUS, a, um. *Helmold. 2, 9.* Dedit eis sex domos filtrinas.

FILTRO, are, durchseihen. *Athanas. Kirch. in Mundo Subt.*

FIMO, are, i. fimô spargere. *Gemma Gem.*

FINIETAS, f. 3. Endlichkeit. *J. Leydens. l. 2. Prolog.* Ad quod finietas nostra nullam habet comparationem.

FIRMATORIUM, n. 2. quod rem firmat. *P. Blesens. Serm. 6.* Adde libro, quasi firmatorium, gratiam DEI.

FIRMULUS, a, um, etwas vest. *Monin. D. 5. Ber.* Fundamenta firmula gyri.

FIXORIUS, a, um, zum Stechen. *Chron. Lauterb.* Cultellô fixoriô se munire.

FIXURA, f. 1. Wundmahl. *Vetus Interpr. Irenai 5, 10.* Ostendere discipulis fixuram clavorum.

FLAGRASCO, scere, anfangen zu brennen. *Daum. in 4. Millen. inedito*: Æqui derisor, vexator juris Exsit: vel mundus flagrascet flammis.

FLAGRICUTIUS, a, um, i. flagrô percutiens. *Daumius in 4. Millen. inedito*: Vitia prohibita fugite: Flagricutia venit Furia, feriat ut ea scelerisequos.

FLAMMABUNDUS, a, um, funckelnd. *Saxo Gramm. 5, 9.* Flammabundi enses.

FLAMMASCO, scere, i. incipere flammare. *Mon. D. 2. Beres.* Ignivomis vidi radiis flammascere circlum. *Idem D. 2.* Vulcanô indomitus nullô flammascit; de *Adamante.*

FLAMMATUS, m. 4. das Flammen. *Monin. D. 2. Ber.* Caret flammatibus ignis.

FLAMMERIO, ire, i. flammis comburere. *Raimond. de Agiles*: Alii sagittati de turribus salire cogebantur: alii verò diutissimè torti & ignibus adusti flammeriebantur, i. flammis moriebantur.

FLAMMICOLOR, o. 3. feuerrot. *Joh. Calceat. 1. de Pass.* Aër flammicolor.

FLAMMICOMUS, a, um, i. flammis comans. *Monin.* Flammicomus crinis.

FLAMMIPARUS, a, um, i. flammas efficiens. *Monin. D. 2. Ber.* Ignis flammiparus. *Id. D. 6.* Flammipari fulgentia lumina cœli.

FLATULENTIA, f. 1. i. copia flatuum. *Athan. Kirch. in Mundo Subt.* Flatulentiam reprimere.

FLATUOSUS, a, um, i. flatus gignens. *J. B. Porta 2, 26.* Fabæ siccæ & flatuosæ.

FLAVIOLA, f. 1. Kornblum. *Gem. G.*

FLAVOR, m. 3. i. color flavus. *Wess. Gansfort.* Morari in vino, cujus flavor fallax & blanda dulcedo.

FLETILÆTUS, a, um, i. ex fletu & lætitia mixtus. *Barth. Amabil. 4, 45.* Item, *Leibius*: Fletilæta fortuna.

FLEXO, are, krümmen. *Monin. D. 4. Ber.* Per agros flexatur Eoos.

FLORIDO, are, pflantzen. *G. G.*

FLUVIA, f. 1. i. fluvius. *Sisenna*: Inter duas fluvias collocatus.

FLUVIO, are, i. abundare. *Breviloq.*

FLUVIUM, n. 2. idem, quod *Fluvius.* *Raimondus de Agil.* Fluvium, quod.

FLUVIUSCULUS, m. 2. i. fluvius parvus. *Rich. Barthol. in Hodœp.* Tanta aquæ abundantia, ut fluviusculus inde oriatur.

FLUXIBILIS, le, Adj. das leicht fliesst. *Vet. Interpr. Irenai 2, 29.* Eliquatio cum fluxibili materia.

FLUXO, are, fliessen. *Monin. D. 2. Beres.* Nereus sine margine fluxat. *Id. D. 3.* Fluxa ntcursu refluuntque recursu.

FOCILLATUS, m. 4. Erquickung. *Ang. Gaz.*

FOEMELLARIUS, m. 2. i. mulierarius. *Cathol.*

FOEMINATIO, f. 3. Weiblichkeit. *Const. Afer 6, 1.* Vide, *Masculinitas.*

FOENISECTOR, m. 3. ein Mäderer. *Ang. Gaz.* Novem decemve fœnisectores.

Foetesco, scere, i. malum odorem trahere.

Follōsus, a, um, i. instar follis turgens. *M. Paris*: Fons follosis eorum rictibus & spongiosis eorum visceribus non satis infunditur.

Fōmen, n. 3. i. nutrimentum. *Cath.*

Fōmentŭlum, n. 2. i. parvum fomentum. *Const. Afer 1. Praf.* Lac sugentibus fomentula, non crustam subministramus.

Fontāneus, a, um, vom Brunnen. *Gariop. 6, 17.* Aqua fontanea eligenda.

Fōrāmĭnŭlentus, a, um, löcherig / voll Löcher. *J. B. Porta 2, 13.* Cùm lignum sit foraminulentum.

Fōrastĭcus, a, um, i. exterior. *Guibert. 7, 48.* Forasticum muri parietem vexare.

Fōrisfactūra, f. 1. delictum, quod privilegii vel bonorum amissionem infert. *M. Paris*: Sub pœna forisfacturæ & jacturæ præcisè interdicere.

Formatrix, f. 3. quæ format vel instruit. *Masen. in Carm.* Egestas, Formatrix morum.

Formīcārius, a, um, der Ameisen. *A. Kirch.* Formicarius acervus.

Formĭcĭtans, o. 3. i. formicans. *Gariop. 2, 11.* Pulsus veluti formicitans.

Formīdōlōsĭtas, f. 3. Furchtsamkeit. *M. Paris*: Formidolositatis argui.

Formĭfĭcans, o. 3. i. formans. *Hericus Altißiod. Praf. l. 2.*

Formifluus, a, um, i. formis fluens. *Idem loc. cit.*

Fornĭcālis, le, Adj. i. meretricalis. *Rich. Barth. in Hodœp.* Scorta, quæ ad fornicalem quæstum Viennam proficiscebantur.

Fornĭceus, a, um, zum Schwiebogen. *Alb. Aquens. 6, 22.* Forniceum opus.

Fortālĭtium, n. 2. Vestung. *Cranz. Vand. 9, 7.* Fortalitium, defensoribus vacuum.

Fortĭfĭcātio, f. 3. Bevestigung. *Cal. Aurel. Tard. 4, 3.* Fortificationem corpori adhibere.

Fortūnālis, le, Adj. deß Glücks. *VVestmonast.* Fortunalis rota talibus mutatur voluminibus. *Matth. Paris*: Fortunales amici, Glücks-Freund.

Fortūniōse, Adv. glücklich. *Guibertus*: Super Nicæa res fortuniosè processerat.

Fortūnium, n. 2. i. prosper eventus. *Eckehard.* Fortunia alicui prædicere aut infortunia.

Fōtĭlis, le, Adject. i. aptus ad nutriendum. *Cathol.*

Fŏvissa, f. 1. *Monin. D. 1. Ber.* Veri lux χάει fovissa.

Frăgōrōsus, a, um, i. fragore plenus. *August. contra Petilian. 3, 16.*

Fragrāmen, n. 3. Geruch. *In Episced. S. Bernh.* Cur nardus? quia fragro. Quô fragramine? dulci.

Frangĭtīvus, a, um. *Const. Afer 7, 5.* Rigor frangitivus ossium.

Fraus, f. 3. *Dea*, ita dicta. *Martian. Capell. l. 1.*

Frĕmentĭsŏnus, a, um, das sehr braust. *Monin. D. 3. Ber.* Sæpè frementisoni Jovis hæc sacer atterit ignis.

Frĕmisco, scere, anfangen zu brausen. *Monin. D. 2. Beres.* Donec atrox ima nubis de parte fremiscens Erumpit.

Frĕmĭto, are, dicht brummen. *Monin. D. 5. Beres.*

Frendesco, scere, i. frendere incipere. *Monin. D. 4. Ber.* Frendescit juba leonis.

Frendĭto, are, i. multùm frendere. *Monin. D. 1. Ber.* Dæmonici sic turma gregis, macrescens rebus opimis, Frenditat.

Frendŭlus, a, um, i. aliquantùm frendens. *Mon. D. 3. Ber.* Cujus vox frendula fregit abyssos.

Frĕquentāmen, n. 3. i. frequentatio.

Frĕquentatrix, f. 3. eine Besucherin. *Arnold. Lubec. 2, 2.* Missarum devotissima frequentatrix.

Frĕtōsus, a, um, i. fretô plenus. *Guil. Tyr. 11.* Transitus inter montes excelsos & fretosum mare.

Frĭcium, n. 2. Pulver zum Reiben. *Plin. Valer. 1, 36.* Albi bulbi cinis dentibus fricium est.

Frĭgĭtūdo, f. 3. Frost. *Const. Afer 5, 8.* Valere ad frigitudinem stomachi.

Frĭgŏreus, a, um, kühl / kalt. *Roswita*: Prostratus ad aram Corpus frigoreæ sociavit nobile terræ.

Frĭgŏrĭtĭcus, a, um, i. frigus vel febrim faciens. *Greg. Turon. 5. Hist.* Frigoriticis pustulis laborare. *Hepidannus in Vita VVibarodæ*: Puella frigoriticô morbô non modicè vexabatur.

Frixo, are, rösten / braten. *Eros in Gynæc. 1.* Artemisiam frixa cum butyro.

Fron-

FRŌNDĬGER, a, um, laubicht. *Monin.* Frondigeræ silvæ.

FRONTŌSE, Adv. i. audacter. *M. Paris:* Frontosè regnum refutare.

FRONTŌSĬTAS, f. 3. i. impudentia. *P. Lang. in Chr. Cit.* Effrænis frontositas.

FRUCTĬFĔRENTIA, f. 1. Fruchtbringung. *Barth. in Verf. Æn. Gaz. p. 59.*

FRUCTĬPŌTENS, o. 3. i. pollens fructibus. *Monin. D. 3. Ber.* Terra fructipotens.

FRUĬBĬLIS, le, Adj. genießlich. *H. Harph. 1, 13.* Ad quod requiritur præsentia fruibilis.

FRUĬTĪVUS, a, um, i. fruens. *Idem 3, 27.* Deum possidens in quiete fruitiva.

FRŪTĔTĬFĬCO, are, voll Gesträuch machen. *Baldericus 4, 7.* Ex emendatione *C. Barthii.*

FULGŌRŌSUS, a, um, funcklend. *Eckehard.* Staturâ procerus, oculis fulgorosus.

FULVĒDO, f. 3. i. color fulvus. *Cath.*

FULVĬCŌMUS, a, um, funckelrot. *Monin. D. 1. Ber.* Fulvicomi ignes.

FŪMĬDO, are, i. fumidum reddere. *Cath.*

FŪMĬTO, are, rauchen. *Monin. D. 7. Ber.* Urbs fumitat illic.

FŪMŬLUS, m. 2. i. fumus parvus.

FUNDĬBĀLISTA, m. 1. Schleuderer. *Anonym. de Gest. Franc.* Quod cùm viderent fundibalistæ.

FUNDĬBŬLO, are, schleudern. *Alb. Aquensis l. 6. c. 51.*

FŪNĬCŬLĀTIO, f. 3. das Raiteln. *Jov. Pont. in Moral.* Cruore sævus, inter stupra & funiculationes.

FURCĀTOR, m. 3. qui furcam gestat. *Turocius:* Decem millia furcatorum congregare.

FURCĀTUS, a, um, i. instar furcæ. *Monin. D. 5. Ber.* Furcata emblemata.

FURCĬPENDŬLUS, m. 2. Galgenschwengel. *Masen. in Dramat.* Prævertere mentem meam debebas, furcipendule.

FŬRESCO, scere, anfangen zu rasen / toben. *Alb. Aquensis 8.* Turci crudeli cæde furescunt in populo & toto Christianorum comitatu.

FUSCĒDO, f. 3. Bräune. *Masen. in Dram.* Nigrâ fuscedine oblitus.

FUSCESCO, scere, braun werden. *Damuqueius ad l. 7. Silii:* Non dubium est, hominem à Sole fuscescere.

FUSTĬDINĀRIUS, a, um, i. fustibus constans. *Biderm. in Dramat.* Fustidinaria laniena.

G.

GĂLEĀTUS, a, um, i. armatus. *Monin. D. 4. Ber.* Galeatus Sophiæ rationibus altis.

GALLĪNÆCIUM, n. 2. Hünerhaus. *Rich. Bartholin. in Hodæp.* Camera hara extiterat aut gallinæcium.

GANGRÆNŌSUS, a, um, qui gangrænâ laborat. *Grut. in B. E.* Membra gangrænosa, membra nigrâ ferrô abscindimus.

GARCO, m. 3. i. servus. *Chron. Lauterb.* Garconem & peccatorem publicè aliquem appellare.

GARGĂRĪSĀTUS, a, um, gegurgelt. *Sext. Placit. c. 16.* Lac caprinum gargarisatum.

GARGĂRISMUS, m. 2. γαργαρισμὸς, das Gurgeln. *Gariop. 5, 26.* Per gargarismum phlegma disponere.

GARRŬLŌSUS, a, um, i. verbosus, waschhaftig. *Gemma Gemm.*

GASTRĪMARGUS, m. 2. γαστρίμαργος, i. ventricola, gulosus. *Jac. à Vitriaco:* A vino gastrimargus homo sibi temperare nescit.

GAUDENTER, Adv. mit Freuden. *Sarisb. Epist. 187.* Gaudenter aliquid amplecti.

GAUSĀPIUM, n. 2. Kotze / Filtzmantel. *Jov. Pont.* Gausapium lavare.

GAZŌPHȲLAX, m. 3. γαζοφύλαξ, Schatzmeister. *Ang. Gaz.* Huc grande Gazophylax onus intulerat.

GĔLĬDĀTUS, a, um, kühl gemacht. *Monin. D. 3. Ber.* Fluctus gelidô gelidatior Hebrô.

GĔLĬDĬTAS, f. 3. Kälte. *Alb. Argent. in Chron.* Repentinâ geliditate perire.

GĔMĬNĀBĬLIS, le, Adject. zwiefach. *Barth. in Paneg.* Non impunè videt geminabilis Amphisbæna.

GĔMĬTO, are, dicht seufftzen / ächtzen. *Monin. D. 2. Ber.* Gemitans incudibus Ætna.

GEMMĀLIS, le, Adject. ad gemmas pertinens. *Henr. Aquilonip. in Lub.* Gemmalis tornator.

GEMMIFICIUM, n. 2. Kunst/Perlein zu bereiten. *Ath. Kirch. in Mundo Subt.*

GENIO, are, i. vitalem facere, vivificare. *Solin. in Fragm. Pont.* Machina mole vacans, tibi primùm candidus æther Astrigeram faciem nitidô geniavit olympô. Vid. *Barth. Adv. l. 44. c. 3.*

GEOCOSMUS, m. 2. γεώκοσμ☉, Erdkreis. *Ath. Kirch. in Mundo Subt.*

GERMANICIDA, c. 1. Brudermörder. *Jos. Scalig.*

GERMANO, are, i germanum reddere. *VVess. Gansf.* Generans multiplicat; multiplicans germanat; germanans ordinat.

GERRHA, f. 1. *Monin. D. 2. Ber.* Mustô sextilis gerrha tumescens.

GESTICULO, are, i. gestu exprimere. *Justinus Lippiens.* Equos jubet humanos gesticulare modos.

GIBARCUS, m. 2. balæna, à gibbero dorso. *Monin. D. 5. Ber.*

GIGANTIFER, a, um, i. gigantes ferens. *Saxo Gramm.* Gigantiferum cubile.

GIGNITIVUS, a, um, i. fœcundus, fruchtbar/machend. *Guainer. Med.* Gignitivus spiritus.

GILVEDO, f. 3. Geele. *Gem. G.*

GIRGILLO, are, haspeln. *Gem. G.*

GLABRATUS, a, um, kahl gemacht. *Masen. in Carm.* Glabratum forcipe mentum.

GLADIATIM, Adv. mit dem Schwerd. *Conr. à Mure:* Cæsar in arma furens jubet hos cædi gladiatim, Mandans bis fieri talem cædem decimatim.

GLADIO, are, i. gladiô percutere. *Torsell. 3.* Accedentes milites Assasinum gladiaverunt.

GLANDINOSUS, a, um, i. glandulis plenus. *Const. Afer de Elephant.* Glandinosum corpus.

GLANDIOSUS, a, um, i. glandibus abundans. *Cathol.*

GLAUCEDO, f. 3. Geelheit. *Donatus Anton. ab Altomari c. 19. de Med.*

GLEBO, are. *Monin. in Manip. Poët.* Geminis vix rura juvencis, Et meus in tenui jugere glebat ager.

GLOBARIS, re, Adj. rund. *Turocius:* Noduli globares argentei.

GLOCITURIO, ire, gackern/luchsen. *Masen. in Dramat.* Fovere, ut ovum suum gallina glocituriens.

GLOMERACULUM, n. 2. vas, in quo volvitur glomus. *Gemm. G.*

GLORIANTER, Adv. ruhmredig lich. *Eckeh.* Quidam elatus & glorianter agens.

GLORIPETA, c. 1. i. gloriæ cupidus. *Franc. Bonadus:* Gratia linguæ Gloripetas acuit laudis ad alta viros. *Id.* Gloripetas ex his poterit cognoscere vultus Vir sapiens.

GLOSSEMATARIUS, m. 2. i. glossarius. *Erasm.* Glossematarius Juris.

GLOSSO, are, glossirn. *VVess. Gansf.* Nisi grandô salis temperentur & glossentur tales visiones, illusorias existimo.

GLUTINANTER, Adv. i. glutinatim, conjunctim. *Brevil.*

GLUTINATORIUS, a, um, das zusammen leimt. *Priscian. de Diat. cap. 10.* Glutinatoriæ virtutis esse.

GLUTIS, f. 3. i. gluten. *Gariop. 5, 43.* Pinguis humor, inhærens loco, quasi glutis quædam.

GNATURIO, ire, i. liberis operam dare velle. *JCt.*

GRACILIO, are, i. gracilem reddere. *Gariop. 2, 63.* Graciliantur corpore, diversitate ciborum delectantur.

GRADUALITER, Adv. staffelweis. *VVess. Gansf.* Principia, gradualiter ordinata. *Id.* Gradualiter proficere: gradualiter discere.

GRAIILOQUUS, a, um, i. Græcè loquens. *Monin.* Grajiloquæ decus Camœnæ.

GRAMINALIS, le, Adj. *Gariop. 1, 15.* Olei graminalis infusio.

GRAMINESCO, scere, grasicht werden. *Cathol.*

GRANDIFICO, are, vergrössern/vermehren.

GRANDINALIS, le, Adj. vom Hagel. *Matth. Paris:* Lapilli grandinales angulosi.

GRANDINATUS, a, um, i. grandine percussus. *P. Bles. Serm. 26.* Grandinatæ vineæ.

GRANDISONANS, o. 3. großlautend. *Guil. Brit. Præf.* Grandisonante boatu Pompare.

GRANDITUDO, f. 3. Grösse. *Cathol.*

GRANESCO, scere, i. incipere grana emittere, Körner gewinnen. *Breviloq.*

GRANU-

GRANULATUS, a, um, wie Körnlein formirt. *Ath. Kirch.* Pulvis pyrius granulatus.

GRANULOSUS, a, um, i. granulis plenus. *Guainerius Med.* Granulosus urinæ circulus.

GRATATOR, m. 3. Glückwünscher / Frolocker. *Jov. Pont.* Immurmurat ore Subsiliens, caudamque ciet gratator amicam; de *Cane.*

GRATIVIDUS, a, um, der gern sihet. *Barth. in Paneg.* Ter lumine plausit Gratividô.

GRATULANTER, Adverb. i. lætanter. *Saxo Gramm.* 5, 31.

GRAVANTIA, f. 1. Beschwerung. *Macrob. de Somn. Scip.* Si temetô ingurgitatus aut distentus cibô vel abundantiâ præfocari se extimet, vel gravantiâ exonerari. Ita legit *Barth. in Adv.* 39, 12.

GRAVATIVUS, a, um, qui gravat. *Guainerius Med.* Gravativus dolor.

GRAVIPENDO, pendere, hochschätzen. *Paul. Lang. in Chron. Citiz.* Cùm ista sit parva levisque annorum diversitas, gravipendenda seu curanda non est.

GRAVISOMNIS, ne, Adj. sehr schläfferig. *Barth. Adv.* 21, 18. Si gravisomne movet fœmineum ille genus.

GREMIO, are, i. in gremium recipere. *Cath.*

GREMIUS, m. 2. idem, quod *Gremium. Heric. Altißiod.* 6, 125. Gremius pacis.

GRESSIBILIS, le, Adj. i. ad gradiendum aptus. *Matth. Paris*: In quo spatio omnia gressibilia miserabiliter perierunt.

GRISEUS, a, um, grau. *P. Blesens. Serm.* 8. Griseæ vestes.

GRUMO, are, i. cumulare, häuffen. *Gem. Gem.*

GRUNDO, are, i. cadere guttatim. *Cath.*

GUBERNA, m. 1. i. gubernator. *Grut. in B. E.* Nil bonus guberna præstat, ni sit & remex bonus.

GUMMA, f. 1. *Const. Afer de N. H.* Per aurium ceratas gummas expellere.

GUMMINO, are, Hartz bekommen. *Pallad.* 2, 16. Nunc etiam prunus inserenda est, antequam gumminet. Vid. *Barth. Adv.* 38, 4.

GURGIFER, a, um, tümpflicht. *Monin. D.* 1. *Beres.* Gurgiferum barathrum.

GURGULATIO, f. 3. das Kurlen oder Murmeln im Bauch. *C. Afer* 4, 13. Gurgulatio est in inferioribus ventris. *Id.* 7, 6. Si de inflatione & gurgulatione intestinorum murmuraret infirmus.

GURGULIONES, m. 3. i. fibræ instar vermiculorum. *Plin. Valer.* 2, 17. Pulmones cum suis gurgulionibus.

GURGUSTIDONIUS, a, um, i. rusticanus. *Biderm. in Dramat.* Gurgustidonios videre campos.

GUSTITO, are, i. frequenter gustare. *Gemma Gemm.*

GUTTAMEN, n. 3. das Tröpfeln. *Cath.*

GUTTATIO, f. 3. i. stillatio. *Constant. Afer* 5, 19. Valere ad (i. contra) guttationem.

GUTTESCO, scere, i. in guttas converti. *Athan. Kirch. in Mund. Subt.*

GUTTOSUS, a, um, voll Tropffen. *Athanas. Kirch.* Guttosa aspergo.

GYRATIVUS, a, um, umwendig. *Gloss.*



H.

HABENO, are, halfftern / zaumen. *Gemma Gemm.*

HABITATORIUM, n. 2. Behausung / Wohnung. *Helmold.* 1, 83. Non habens mœnia, non habitatorium parvulum.

HABITUATUS, a, um, i. habitum consecutus. *Jac. à Paradiso*: Consuetudinarii aut habituati in vitiis.

HÆMORRHOIDIALIS, le, Adj. ad hæmorrhoides pertinens. *Guainerius Med.* Hæmorrhoidiales excrescentiæ, Wildfleisch am Aftern wachsend.

HÆREDICAPA, m. 1. qui hæreditatem alterius capit. *Gemma Gemm.*

HÆREDITALIS, le, Adj. i. hæreditarius.

HÆROR, m. 3. das Hangenbleiben. *Val. Max.* 9, 12. de *Anacreonte*: Quem uvæ passæ succô tenues & exiles virium reliquias foventem unius grani pertinacior in aridis faucibus hæror absumpsit. Ita legit *Barth.* Vulg. *Humor.* MS. *Huror.*

HALITUOSUS, a, um, i. halitibus plenus. *Ath. Kirch.* Halituosa substantia.

HALURGUS, m. 2. ἁλυργός, Saltzmacher. *Ath. Kirch.*

HAMATOR, m. 3. i. piscator. *Isid. in Gloss.*

HAMICULUS, m. 2. i. parvus hamus. *Monin. D.* 5.

D. 5. Beref. Bacillum Hamiculô viduum.
HĀMOTRĀHŌNĬCUS, a, um, i. hamô partus. *Delrio:* Hamotrahonica piſcatio.
HASTĬCUS, a, um, mit Spieſſen. *Rich. Barth. in Hodæp.* Ludus haſticus.
HASTĬFORMIS, me, Adj. wie ein Spieß formirt. *Ath. Kirch. in Mund. Subt.* Haſtiformis promuſcis.
HASTĬLŪDIĀLIS, le, Adj. zum Thurniren. *M. Paris:* Haſtiludiale certamen.
HAUDDUM, Adv. i. nondum. *Angel. Gaz.*
HAUSCIO, *Antiquè*, i. haud ſcio.
HĔDĔRESCO, ſcere, i. inſtar hederæ hærere. *Jov. Pont. in Dialog.* Inhæreſcet, hedereſcetque tecum unà.
HĒMICRĀNĬCUS, a, um, i. qui hemicraniâ laborat. *Oct. Horat. 2, 21.* Hemicranicis adjutoria adhibere.
HEPTĀMYXUS, m. 2. ἑπτάμυξος, mit ſieben Schnäuzen. *Egeſip. 5, 9.* Heptamyxô frequens lumen effundere.
HEPTĬDUUM, n. 2. eine Wochen. *Steph. Comes Bellocaſſ.* Heptiduum plorare parùm eſt: heptennia ſeptem Vix ſatis.
HERBĒTUM, n. 2. Wurtzgarten. *Gemma Gemm.*
HERBŪLĀRIUS, m. 2. Kräutermann. *Jov. Pont. de Reb. Cœleſt.* Herbularii, Medici.
HERNIŎLA, f. 1. i. hernia parva.
HERNIŎLŌSUS, a, um, qui herniolâ laborat. *Jov. Pont. in Carm.* Qui cachinni, Senex herniolosè, dum lavabis?
HĪBERNĀLIS, le, Adj. winteriſch. *Ado Vienn. in Chron.* Hibernali tempore.
HĬLĂRĬDATRIX, f. 3. i. hilaritatem largiens. *Daum. in 4. Millen. inedito:* Stabilia ſolia facito Themis hilaridatrix: Ruet ea generis avida techna vafri.
HĬLĂRĬFĬCUS, a, um, frölichmachend. *Id. loc. cit.* Dominia Themidos hilarifica cluere bona: Vafra famulitia parere mala ſolent.
HĬLĂRĬPĂRUS, a, um, idem. *Daumius loc. cit.* Opera peragere tua, Themi, meminerit homo? Solia ſtabiliet hilaripara rataque Salus.
HĬLĂRĬTUS, Adv. mit Freuden. *Angel. Gaz.* Donum oblatum hilaritùs.
HINNIFRĔMO, ere, ſchnauben. *Jov. Pontan. in Dial.* Frendit, dentitonat, hinnifremit, rixatur, furit.
HINNŬLŬLUS, m. 2. i. hinnulus parvus. *Ang. Gaz.* Volvi more hinnululi.
HIPPOERCIUM, n. 2. ſtructura, in qua equi ſufferrandi, Nohtſtall. *Legenda S. Sebaſtiani.*
HIPPŎMĂCHIA, f. 1. ἱππομαχία, i. pugna equeſtris, torneamentum. *Rich. Barthol. in Hodæp.* Hippomachia habita eſt.
HIR, n. 3. Flache in der Hand. *Joh. Calceat. 4. de Paſſ.* Hir utrumque forant gomphis & centra volarum.
HIRCICRŪRIS, re, Adj. bockfüſſig. *Tarrau Hebius:* Hircicrurum Panum genus.
HĬRUNDĬNEUS, a, um, der Schwalben. *Maſen. in Carm.* Hirundineâ circumvallata cohorte.
HISPĬDĬVESTIS, ſte, Adj. der ein rauh Kleid anhat. *Scalig. Orph.* Rigidæque atque hiſpidiveſtes.
HISTŎRIĀRIUM, n. 2. Hiſtorienbuch. *Titul. Libri Elpidii:* Ruſtici Elpidii hiſtoriarium Novi Teſtamenti. Vid. *Barth. Adv. 26, 9.*
HISTŎRIOGRĂPHO, are, i. hiſtorias ſcribere.
HŎLŎCAUSTO, are, ὁλοκαυτόω, opffern. *WEſſ. Ganſf.* Holocauſta holocauſtare.
HŎLOCHRȲSUM, n. 2. ὁλόχρυσον, i. totum aureum. *Gregor. Turon. 10. Hiſt.* Turres holochryſô tectæ.
HŎLŎSĔRĬCĀTUS, a, um, i. ex holoſerico factus. *Angel. Gaz.* Vidulus holoſericatus.
HŎNŌRĬFĬCĀLIS, le, Adj. *Henr. Aquilonip. in Lubec.* In terraque marique famoſus, Honorificalis.
HŎNŌRISTĬTIUM, n. 2. i. honoris faſtigium. *Burgold. p. 498.*
HORDEĀTUS, a, um, aus Gerſten. *Guainterius Med.* Simila avenata vel hordeata.
HŎRIZONTĀLIS, le, Adject. ad Horizontem pertinens. *Ath. Kirch.* Horizontalis circulus.
HORRĬBĬLĬTAS, f. 3. Erſchrecklichkeit. *Turcicus:* Horribilitatis ſtrepitus.
HORRĬSŎNANS, o. 3. ſchrecklich. *Jov. Pont.* Concutit arma Horriſonans.
HORTĪVUS, a, um, i. in horto creſcens. *Gariop. 5, 20.* Malva hortiva.
HOSPĬTĀBUNDUS, a, um, der zur Herberg einkehrt. *Ang. Gaz.* In heriles lares hoſpitabundum adventâſſe.

HUMANO, are, zum Menschen machen. *P. Blef. Serm. 6.* Humanatus Deus.

HUMECTATIVUS, a, um, humectandi vim habens. *Conſt. Afer 7, 1.* Uti humectativis.

HUMEDO, f. 3. Feuchte.

HUMEFACIO, facere, netzen. *Raimondus de Agiles*: Cecidit in terram, & nattam, ſuper quam ceciderat, humefecit.

HUMELLUS, m. 2. Schulterlein. *Mon. D. 7. Ber.*

HUMIPETA, m. 1. humum petens. *Bud.*

HUMORALIS, le, Adj. ab humoribus ortus. *Guainer. Med.* Tetanus humoralis, Starrheit deß gantzen Leibs.

HUMOROSITAS, f. 3. copia humorum. *Id.* Matricis humoroſitas.

HYDROPHYLACIUM, n. 2. ὑδροφυλάκιον, Waſſerkaſten. *Ath. Kirch. in Mundo Subt.*

HYMNARIUS, m. 2. liber hymnorum. Ita inſcribitur Liber *Prudentii* in *Vet. Membranis.* Vid. *Barth. Adv. 35, 12.*

HYMNIO, ire, i. Deum laudare. *Prudent. Peristeph.* Ite nunc, hymnite matres.

HYMNODIA, f. 1 ὑμνῳδία, Lobgeſang. *Yvo.*

HYPAMPELUS, m. 2. ὑπάμπελος, i. trichila ex vitibus. *Vetus Inſcript.* HYPAMPELUS HUIC CEDAT IN RIGOREM MACERIÆ ET FURCARUM. Vid. *Rader. in Mart. 1, 89.*

HYPELATUS, a, um, i. ſolutivus. *Gariop. 6, 29.* Hypelata medicamenta.

HYPOTHECO, are, verſetzen / verpfänden. *Guil. Tyr. 11.* Hypothecare barbam ſuam alicui.

HYSSOPISMUS, m. 2. ὑσσωπισμός, curatio per hyſſopum. *Gariop. 2, 12.* Dropaces proderunt, hyſſopiſmus, & aërum mutatio.

I.

JACTACULUM, n. 2. i. jactantia. *Reineſ.*

JACTAMEN, n. 3. Ruhmredigkeit. *Caſp. Barth. in Paneg.* Vaniſſima gentis calcat jactamina.

JACTILIS, le, Adj. zum Werffen. *Cranz. Vand. 22, 15.* Jactiles nummi ex cupro, ad numerum comparati, Rechenpfenning.

JACULATIM, Adv. i. jaculando. *Theobald. in Vita S. Guil.* Raptim & velut jaculatim quoddam ſuſpirium emittere.

IATROMYSTA, m. 1. ἰατρομύστης, i. qui ſecreta Medicinæ callet. *Ath. Kirch.*

ICONOCLASTES, m. 1. εἰκονοκλάστης, Bildſtürmer.

ICTERITIA, f. 1. i. aurigo, Gelbſucht. *M. Paris*: Icteritiam miſerabiliter pati.

ICTIFER, a, um, i. ictum percutiens. *Bebelius in Triumph. Vener.* Ictifer & bruchus, pecorique infeſtus aſilus.

ICTUATUS, a, um, den der Schlag gerührt. *Greg. Turon. 6. Hiſt.* In via ictuatus ſanguine. Vid. *Reineſ. Var. Lect. 1, 8.*

IDEALIS, le, Adj. in idea conſiſtens. *Mart. Capell. 8.* Idealis quædam prudentia.

IDIOTICE, Adv. i. more idiotarum. *Vet. Interp. Irenæi 5, 25.* Simpliciter & idioticè uſurpare.

IDOLOPÆUS, m. 2. εἰδωλοποιός, Bildſchnitzer.

IDONEITAS, f. 3. Geſchicklichkeit. *Henr. Harphius 1, 7.*

IDUATUS, a, um, i. diviſus. *Guibert. 7, 1.* Iduatô Martiô.

JECTIGATIO, f. 3. i. agitatio vehemens. *Conſt. Afer 1, 25.* Tremor & jectigatio.

JECTISCO, ſcere, i. forô dejicere, ut vadimonii deſertorem. *Carol. Calv.*

